N. 267

LYSIÆ Bl.

ATHENIENSIS
VNIVS DECEM GRÆCIÆ ORATORVM

ORATIONES XXXIV.
Quæ
DE CCC. RELIQVÆ SVNT:
Nunc primùm
De Græcis Latinè redditæ & Politicis NOTIS *illustratæ*
à
IODOCO VANDER-HEIDIO
Brabanto.
Iureconsultis iuxtà ac Rhetoribus vtilissimæ: imò & merè Politicis.





HANOVIÆ,
Typis Wechelianis, apud hæredes
Iohannis Aubrii.

M. DC. XV.

IODOCVS VANDER-HEIDEN CALMHOVTANVS, BRABANTVS GABRIELI filio εὖ πράττειν.



SERO, inquies, vt natu grandior in ſcenam ſcriptis prodis, mi pater. Ita eſt, fili: ſed ſerò præſtat, rectè modò, quàm nunquam: Docendi enim munere hactenus, vt noſti, impeditus, non ſatis otii edolandis Veterum meiſque ſcriptis nanciſci potui, ſed aliis vtraq; lingua informandis detinebar: teque adeò à puero ſic inſtitui (volui quidem certè) vt indies ad aurem tibi illud accinerem, quod M. Tullius filium, Athenis Atticis operam in Philoſophia Peripatetica Cratippo nauantem, in Officiorum limine hor-

tatur: *Vt ipse,* inquit, *ad meam vtilitatem semper cum Græcis Latina coniunxi, neq; id in Philosophia solùm, sed etiam in dicendi exercitatione feci, idem tibi censeo faciundũ, vt par sis in vtriusque Orationis facultate.* Tu verò parenti in studiis Latinè scribendo ac loquẽdo obsecundans dictoque audiens, profitendi munus nostrũ succenturiatus sic tueris, vt quod de Pythagorica illa fabulantur παλιγγενεσία, persona tantùm, non res aut officium permutata esse videantur. Igitur quas nuper otium nactus, *Lysiæ Orationes omnes* vertendas suscepimus, à nemine adhuc Latinè redditas, hortante potissimum amico nostro summo, & quondam studiorum sodale egregio, *P. Andrea Schotto*, Antuerpiano; eas tibi, mi fili, inscribere (quod sæculi infelicitate Mæcenates deficiant) placuit: vt hæc legens pergas in dies maiores bonarum literarum fructus efferre: monitisq; paternis acquiescens veterem illum amicum omni officio colere (qui & has O-

rationes

vationes accuratè recenſuit, ac iudicio limauit) ſecutus ſalutare illud Iſocratis Oratoris monitum, ad Demonicum: *Πρέπει τοὺς παῖδας, ὥσπερ τῆς οὐσίας, οὕτω καὶ τῆς φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν.* Vale, & temporum viciſſitudinem conſtanter mecum tolerare aſſueſce. Haſſeleti Tungrorum apud Eburones, Anno

CIↃ. IↃC. XII.

ANDREAS SCHOTTVS
LECTORI S.

LYSIANAS Orationes recensui non inuitus, rogatus ab Iodoco amico, eoq; libentius quòd au-ctor illi ad Latinè interpretandũ exstitissem, & morem ille nobis gessisset: cuperem denique has paucis eruditis hominibus notas Orationes in multorum manus peruenire, legendoque assiduè conteri, ab ipsis etiam Iureconſ. qui suam etiã hinc ornare Spartam satagent. Quæ verò coniectando (nec enim scripti calamo libri antiqui copia fuit, ac ne spes quidem eius potiundi erat) exculpere licuit, & restituere sum conatus, ea ad oram Græci libri hac particula, *Fortè*, aut *Fortaßis* adscripsimus, si operæ in excudendo parebunt: at H.Steph. Typographorum ὀρχάμῳ salua sua esse voluimus, qui sæpe summa accuratione & εὐστοχίᾳ, in Græcis præsertim auctoribus; cum Notis additis, tum in Schediasmatum libris nodos quosque Scriptorum perdifficiles expedire erat solitus. Vncis autem inclusi interdum, quæ περιττά ἐστι, superuacanea, & glossemata contextui intrusa per vim, iudicaui. non expunxi tamen aut confodi; quin & asteriscum interdum appinxi, digito veluti commonstrans

commonstrans vlcus latere, hoc est, locum vitiosum otiosè discutiendum videri. Non enim postulo, homo cùm sim, in mea quemquam verba iurare.

Verùm enimuero in Latina illa Iodoci interpretatione, ne erres, vncis ac virgulis [ ] ea complexus est, quæ perspicuitatis gratia, vt fieri amat, de suo identidem adiecit. Asteriscis quoq; vbi aqua sibi in Græcis hæreret, ostendere placuit. De his satis superque. Dolendum profectò eruditis hominibus, de tot tantisq; LYSIÆ Orationibus amplius quadringentis has vix XXXIV. à temporum iniuria nobis esse relictas, & de his spurias fuisse nonnullas, ac dubias; puras non omnes. Theon quidē Sophista in Progymnasmatis *Lysiæ* laudat Orationem, etsi ab al is in dubium reuocatam, quæ etiam intercidit, περὶ τῆς ἀμβλώσεως, *de abortione*: Et alteram περὶ τῶν ἀνακαλυπτηρίων, id est, *de donis, quæ nouæ nuptæ dabantur*: vt Pet. Victorius monet libro XXVII. Variarum lect. cap, 2. Sed & Valerius Harpocration, Dionysius Halicarnasseus, Plutarchus item, ac Photius noster multas *Lysiæ*, vt sextam illam Orat. ὑπὲρ τοῦ σηκοῦ ἀπολογίαν, in dubium vocatas asserunt. Sed de his nos σὺν Θεῷ, ἐν ψευδεπιγράφοις vberius agemus. Equidem, dum has quæ in manibus sunt, attentius paulò legerem, multa in eis pugnantia in speciem repperi. Ne abeam

longius: In εἰσαγγελίᾳ ad delationem sui, quòd corpore firmus ac validus, Reip. tamen sumptibus sustentaretur: quæ Oratio nobis est XXIII. licuisse sibi ait, cum ipsis triginta Tyrannis in Rep. securè viuere. In ea verò, quam ipse *Lysias* non scripsit modò aliis, sed habuit, *Contra Eratosthenem vnum ex Triginta*, contra refert, comprehensum se fuisse, bonisque omnibus spoliatum. Rursus in eadem εἰσαγγελίᾳ patrem nullas sibi opes reliquisse queritur. At in Apologia *pro Mantitheo* quæ XV. est, singulis se sororibus ex hereditate paterna XXX. minas dedisse prędicat: nisi fortè id quod queritur, ὑπερβολικῶς est interpretandum quasi paruas reliquerit opes parens. Haue & faue, Lector.

DE LY-



DE LYSIA

IODOCVS VANDER-HEIDEN BRABANTVS

GRÆCÆ ELOQVENTIÆ STVDIOSIS ADOLESCENTIBVS

καὶ φιλέλλησιν, εὖ πράττειν.

CVLPANTVR *non nulli, quòd possessiones à maioribus acceptas vel profusione, vel negligentia accisas, & imminutas ad posteros transmiserint; nec sine caussa fortasse: At quanto iustius accusari videbuntur hi, quibus maiorum parentumq; ætate res literaria fuit commissa, quam librariam supellectilem longè pulcherrimam & lautissimam à maioribus acceptam, magno posterorum dolore intercidere sint passi? Quanto enim Eloquentia & Prudentia est dignior diuitiis & possessionibus; tanto magis est illarum artium, quàm opulentorum deploranda iactura. Multas præclarorum virorum diuinas cogitationes literarum monumentis consignatas æternis obrui tenebris permiserunt, & in maiores impii, & in posteros maligni. Fuit florentib. Atheniensium rebus inter plures eodem tempore celebres Oratores inter principes* LYSIAS, *quem nunc demum Latina à nobis ciuitate donatum, vobis libens volensq; exhibeo cognoscendum; cuius si lucubrationes omnes nobis superessent integræ, egregium sanè haberemus & ciuilium disciplinarum & Eloquentiæ thesaurum: sicut ex eis, quæ ad nos peruenerunt Orationibus, præter paucas admodum, laceris & mutilatis, non aliter atque ex vnguibus leonem licet agnoscere. Hic in varia scribendi materia exercitatus, non artis tantum præ-*

cepta tradidit, quod Rhetorum est proprium, sed etiam quod Oratorum est, multiplici Orationis genere, quæ præceperat, se quoque posse præstare, & exsequi demonstrauit. Nam & in concionibus & Iudiciis; & Deliberationibus, & Laudationibus stylum exercuit, Epistolarum scribendarum ratione interim non neglectâ. In quibus omnibus ita excelluit, vt omnium Oratorum tam ætate maiorum, quàm æqualium gloriam obscurarit; posterorum verò paucissimis de se palmam reliquerit. Nam & puritatem proprietatemq́ Orationis, teste Dionysio Halicarnasseo, maximè est secutus, abstinuitq́ ab inflata & Poetica oratione (quæ frequentibus & sæpe duris, ac nimis longè petitis vtitur translationibus) non id quidem Figurarum, aut Elegantiæ huius ignorantia, sed propriorum & inaffectatorum potius vocabulorum copia delectatus. Ex hac Orationis proprietate oritur non dubia Perspicuitas; qua fit, vt in animum auditoris oratio, vt Sol in oculos, etiamsi minus sit attentus, incurrat. Tantum afuit ab istorum persuasione, qui id demum eleganter & exquisitè dictum putauit quod eget interprete; quodq́ ne ipse quidem qui dicit intelligat. Quamquam non Perspicuitas solum laudatur in Lysia, *verùm etiam* ἐνάργεια, *seu* Euidentia, *quod res ita narrarit, vt non audiri, sed coram cerni viderentur, & mentis oculis exhiberi. Tributa est & illa virtus huius* LYSIÆ *Orationi à doctis hominibus, vt omnia quæ dicat, fluere à natura rerum hominumq́ putentur; adeo venustè personarum, rerum, locorum, & temporum proprietatem, conditionem, & quasi mores exprimit: quibus rebus oratio vel maximè iucunda redditur, & ad persuadendum apta. Vnde & illud quod in Oratione* decorum, *Græci* τὸ πρέπον *vocant, virtutem Oratori maximè necessariam,* LYSIÆ *non defuisse facilè cognoscitur. Addunt qui Lysiacum dicendi filum accuratius obseruarunt, peculiarem quandam Orationis seu Venerem, seu gratiam, ac vim flexanimam ita huic propriam fuisse, vt alii frustra*

ſtra conati ſint imitari. Sed nihil eſt neceſſe nos hic omnia perſequi. Hæ Orationis virtutes aliæq; plures à doctiſſimis viris obſeruatæ in hiſce quas damus LYSIÆ *Orationibus facile apparent, etſi integræ ad nos non peruenerunt, nec Eloquentiæ ipſius, aut Elegantiæ aliud teſtimonium admodum requirimus. Cumq; nonnullæ (fatendum eſt enim) ſiue iniuria temporum, ſiue incuria hominum, aut laceræ deprauatæq; nobis relictæ ſint, quædam etiam interierint; reſtat vt iis fidem habeamus, M. Tullio, Plutarcho, Dionyſio Halicarnaſſeo, Hermogeni, & denique M. Fabio Quintiliano qui has olim integras ipſi perlegerunt, & ſuũ de illis iudicium poſteris tranſmiſerunt. Inter quos inprimis de Græcis acer Criticus Cenſorq; ſcriptorum, cùm Oratorum tum Hiſtoricorum Græciæ veterum Dionyſius ille Halicarnaſſeus, qui haſce virtutes ita in* LYSIA *admiratur, vt Oratorum vix vllum ipſi comparandum, nedum præferendum exiſtimet, ac ne ipſum quidem* Demoſthenem, *hoc noſtro auctore ætate poſteriorem, niſi quod ille in rebus exaggerandis, in affectibus mouendis, perturbationibusq; animi excitandis vehementior fuerit & violentior. Quanquam in* LYSIA *ſint ſæpe etiam lacerti; ſic vt fieri nihil poſſit valentius; vt de ipſo M. Tullius in Bruto, qui eſt de claris cùm Græcis tum Romanis Oratoribus, refert.* LYSIÆ *tamen noſtri Oratio plerumq; exiſtit quietior, rarò turbatior; non, vt equidem exiſtimo, quod ad illam ſublimitatem, vim, & impetum* Demoſthenis *aſſurgere non potuerit, ſed quod non affectauerit. Antiquiſſimi enim, quique maximè ſecundum naturam & dixiſſe, & voluiſſe dicere omnia videntur; & vitioſum putaſſe, animi perturbationibus à vero Iudicem auertere: unde & apud Areopagitas præcipiebatur actori,* μήδε προοιμιάζειν, μήδε ἐπιλέγειν. *Nec aliud fuit Ciceronis de* LYSIA *iudicium, quàm Halicarnaſſei, cuius nobis inſtar omnium ſit teſtimonium, quod cuique in ſua arte maximè ſit credendum. Is in Bruto, ſeu de claris Oratoribus hanc de Lyſia ſenten-*

tiam expressit: Fuit Lysias ipse quidem in caussis agendis non versatus, sed egregiè subtilis scriptor atq; elegans, quem iam prope audeas Oratorem perfectum dicere. Nihil acutè inueniri potuit in eis caussis, quas scripsit, nihil (vt ita dicam) subdolè, nihil versutè, quod ille nō viderit; nihil subtiliter dici, nihil pressè, nihil enucleatè, quo fieri possit aliquid limatius: nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum grauitate vel sententiarum, quo quidquam esset elatius. *Hæc Cicero, cuius, vt dixi, testimonium possit omnibus esse instar omnium. Sed nihil vetat & illius sententiam adducere, qui est Criticorum omnium* κριτικώτατος, *Quinctilianũ, inquam, exactissimi iudicii hominem, qui huic primum inter eos, qui Atticè dixisse putabantur, locum ab aliis tributum fatetur. Cui opinioni, quamuis ipse non planè suffragetur, quòd* Demosthenis *sublimitate, tumore, & elatione captus videatur, & hunc illi præferendum putet; ea tamen* LYSIÆ *adscribit, quæ non multum ab Halicarnassei & Ciceronis sententia abscedant.* Lysias, *inquit*, subtilis atque elegans, & quo nihil (si Oratori satis sit docere) quæras perfectius. Nihil est enim in eo inane, nihil arcessitum; puro tamen fonti, quàm magno flumini propior. *Videtis quid in hoc differat Quinctilianus? non satis turgere videtur* LYSIÆ *Oratio; reliquas boni Oratoris virtutes ipsi concedit. Atque hic talis, tantusq; Orator dignus erat eo & emaculatore, & interprete, qui eius orationis proprietatem, elegantiam, acumen, cæterasque virtutes exprimeret; ne interpretis vitio aliqua nitidissimo auctori macula allinatur. Sed eum hactenus cùm nondum prodiisse intelligerem; ausus sum hanc prouinciam suscipere: quod dici posset temerarium, si me huius auctoris ornatum & dicendi elegantiam, & subtilitatem Latina oratione imitaturum pollicerer: quod longè supra ingenii mei imbecillitatem esse non inuitus profiteor. Sed cùm nonnulli conquererentur, ac dolerent, quod celeberrimi viri monumen-*

Lib. XII. Instit. Orator. cap. 10.

nimentis careret lingua Latina, fuit inter cæteros, qui me ad hoc interpretandi officium capeſcendum extimularet, vir & Religione, & doctrina clariſſimus, P. And. Schottus, *Antuerp. Societatis Ieſu Sacerdos, ab adoleſcentia in ſtudiis liberalibus mihi cognitus, carusq; in primis; cui quamuis ea eſſet omnium linguarum peritia, ea ingenii felicitas, vt, quæ me monebat, ipſe longè felicius & ornatius præſtare poſſet; grauioribus tamen negotiis, & ſtudiorum ſuorum lucubrationibus, quas varias iam foras dedit, implicitus, hoc vt opus in me ſuſciperem disertè mihi perſuaſit; non tam perficiendi quod exigebatur fiduciâ, quàm recuſandi verecundiâ. Auctoritas enim viri me perpulit, cui cedendum putaui, vt, ſi doctiſſimo eius palato minus ſaperet noſtra interpretatio, gratificandi facultatem potius, quàm voluntatem mihi defuiſſe demonſtrarem. Exiſtimabam ſimul & alios prouocatum iri, vt, ſi qui à me egregium auctorem deformatum putarent, ipſi genio magis propitio recuderent, & lima adhibita expolirent. Laborarunt nonnulli certatim vt Luciani Dialogos quoſdam, partim fabuloſos, partim impios, partim mordaces, & in Deos hominesq; maledicos, Latinitate donarent: viſique ſunt operam bene collocare, quod eloquentem & non imperitum auctorem Latinè loquentem exhibuiſſent. Comœdiarum Tragœdiarumq; Græcarum nihil relictum puto, quod in Latinam linguam non ſit traductum. Quo magis mirandum, quod hactenus hac in parte ceſſatum ſit; quodque hic auctor antiquitate, Eloquentia, varia rerum ſcientia ſuſpiciendus, veluti Latina Republica indignus, à nemine iure Latii ſit donatus. Ignoſcet ergo mihi, vt ſpero, beneuolus Lector, quod aliis ceſſantibus, ego præclarum virum mea manu in Latium inducendum cenſuerim, vt Latinum ſermonem ſonare aſſueſceret. Sed vt aliquod ſiue inſcitiæ, ſiue temeritatis, ſeu denique negligentiæ mihi patrocinium parem; illud candidum Lectorem admonitum volo; quod cum Orationis Lyſianæ difficultate, & obſcuri-*

tate non raro mihi luctandum fuerit: quamuis eam facilem ac perspicuam auctorum fide dignorum testimonio dixerim. Nam quæ perspicua quondam fuit, facta est temporum iniquitate obscurior: & quæ olim plana atque aperta, nunc variis in locis aspera atque impedita lacunis, hiatibus, mendisq; euasit. Quæ quidem salebræ in Oratione interpretem, non secus atque in itinere viatorem solent remorari. Cui quidem incommodo nulla re alia, quandoquidem à libris antiquis calamo exaratis deficiebar, quàm coniecturis occurrere potui: non aliter atque idem viator, viæ ignarus, dum in triuio constitutus, neminem, quem de via interroget, offendit. Igitur candidè hic meum protuli iudicium, nulli mortalium præscribens, nemini præiudicans. Valeat itaque veritas, vincat vtilitas publica: quo tanquam in scopum semper collineaui: an attigerim, aliorum esto iudicium. Siquidem

Non semper feriet quodcunq; minabitur arcus,

vt Satyricus ait. Sed ad LYSIAM *redeamus, quem non dubiis, vt opinor, argumentis eloquentem fuisse demonstrauimus. At ne quis Logodædalum dumtaxat fuisse opinetur, & ciuilis disciplinæ rudem, nulla præditum Prudentia, Religione, Pietate, aut Iustitia, legat, si placet, studiosè hasce* LYSIÆ, *quæ adhuc reliquæ sunt ab iniuria temporũ* Orationes, *sed integrè à nemine ad hanc diem, quod equidem sciam, Latina ciuitate donatas. In his enim prædictarum Virtutum documenta clarè elucescunt. Sic constabit verum fuisse Oratorem, nempe, vt Rhetorum docent filii* virum bonum dicendi peritum. *Qui, si non Eloquentiæ caussa, quam nonnulli parui pendunt, earum saltem disciplinarum gratia, sine quibus Respublica consistere non potest, sine quibus nemo vir bonus habetur, studiosorũ manibus teri dignus est.* Prudentiæ *ipsius indicia cùm vbiq; se prodant, non est quod in ea declaranda tempus teramus. Sufficiat vnus ille locus, qui est in Oratione* de cæde Eratosthenis; *admodum prudenter, acutè & Philosophicè*

causam

causam reddens eius Legis, qua maior eis adulteris statuitur pœna, qui obsequio & blanditiis aliorum uxores corrumpunt; quàm qui vim inferant: quæ lex iniqua videri possit, & sensui communi contraria; nisi consideremus, ut LYSIAS *monet, eum qui blandimentis seducit, non in mulierem tantùm, sed in maritum quoq; & liberos grauissimè peccare; à quibus animum mulieris ita alienat, ut neque se uxorem, neque matrem præstet, omni beneuolentia in adulterum translata: quod is, qui vim adhibet, nequaquam assequitur.* Pietatis *vestigia tam in Deum, quàm in patriam & parentes, non dubia passim signa inuenias: præsertim in Oratione* contra Andocidem sacrilegum, *ubi luculenter sceleratorum & impiorum pœnas, ac supplicia prosequitur, quibus diuinitus puniuntur. Huc & multa spectant, quæ* contra Nicomachum *dicuntur. De pietate verò tam patriæ, quàm parentibus præstanda, in Oratione* contra Philonem, *& alibi multa inuenias non contemnenda. Sed hæc, & alia Virtutum vel exempla vel præcepta, legendo* LYSIAM *nostrum melius quisque sibi comparabit.* Iustitiæ *autem ipsius quod, quæso, maius aut firmius inuenias argumentum, quàm quod iniquis inuisus fuerit, bonis contrà probisq; amicus? Dispares mores dispariа studia sequuntur: nec alia de causa boni malis, & vicissim mali bonis amici esse non possunt, nisi quia tanta inter illos est, quanta maxima esse potest studiorum, morumque dissimilitudo.* Similis gaudet simili, *ut vetere prouerbio dicitur,* & æqualis æqualem delectat. *Dissimilitudo autem parit discidium, lites atq; odium. Nisi triginta Tyrannis Athenis iniquissimè imperantibus dissimilis* LYSIAS *fuisset, tanto in odio non fuisset: nisi qui que iusti viri studia rebus suis aduersa timuissent, nunquam ut hominem comprehenderent, è medioq; tollerent tantopere laborassent. At ipse* Integer vitæ scelerisq; purus, *Virtute & animi Constantia, tanquam Orci galea munitus, manus ipsorum, qua erat dexteritate, animiq; præsentia, feliciter*

euasit, non sine singulari numinis fauore, vt esset detestandorum scelerum hic vindex, quiq; auitas patriæ leges à Tyrannis abolitas reuocaret. Qua in re nec studio defuit nec labore; ac sumptibus pepercit, sed suo stipendio quingentos milites instructos in auxilium communis patriæ Eloquentiæ submisit. Vnde ipsum non modo doctum, eloquentem, pium & iustum: *verùm etiam opibus potentem agnoscimus, quibus opibus non ad opprimendam Rempub. sed ad patriam liberandam liberaliter sanè vsum animaduertimus. Qualium virorum vtinam nobis hac tempestate copia suppeteret, melius certè res humanæ procederent. Exemplo quoque* LYSIAS *esse nobis queat, quod Reip. formam à maioribus institutam comprobarit, eiusq; immutatoribus pro virili restiterit: vt cùm ex aliis tum maximè ex Orationibus* in Eratosthenem Tyrannum, *&* Nicomachum scribam *patere cuiuis potest. Quod autem non solùm publicè Atheniensium patriæ, omnibusq; adeò bonis strenuè opem* LYSIAS *tulerit; verùm etiam priuatim probis amicis, passim & patronus fuerit, nullum quàm in hisce Orationibus certius inuenias testimonium, quibus & bonos tutatus est, & malos oppugnauit. Inter cæteros autem &* Socrati, *de cuius virtute omnibus constat, vltro suum obtulit patrocinium: orationem, inquam, disertissimè scriptam attulit (quæ tamen hodie nõ extat) quam, si videretur, edisceret, vt ea pro se in iudicio capitis vteretur. Nam quia tum pro altero agere non licebat, ea scribere litigantibus, quæ pro se ipsi dicerent, moris erat. Satis ergo accuratè obseruasse videtur, quod sanctè & religiosè Atheniensis iuuentus affirmare solebat:* Se pro aris & focis dimicaturos: patriam in deteriore statu non relicturos, sed ad ampliorem, & meliorem euecturos: Magistratui & Legibus morem se semper gesturos: Leges, si quis aut irritas facere, aut negata obedientia negligere velit, se non permissuros, sacra patria se obseruaturos: Horum sibi testes Deos esse velle.

Cic. 1. de Orat.

Plutarch. in Lysia.

Quinctil. li. 11. cap. 16.

Quæ

Quæ cùm ita sint, æqui boniq; consulat Lector conatum nostrum, quo Eloquentia celebrem, & Prudentia Iustitiaque, ac Pietate probatum Oratorem pro virili Latinitate donauimus; & si quid fortè à LYSIÆ *mente, aut à Latinæ linguæ vsu aberrauimus, (nihil enim humani à me alienum existimo) ignoscat & emendet. Conuerti equidem omnes* LYSIÆ *Orationes, quas quidem Græcè extare comperi; quamuis nonnullas ab aliis tentatas verius, quàm interpretatas didici, vt eodem Orationis filo styloq;, quemadmodum Græcè, ita & Latinè vnà legerentur, ne in dicendo dissimilis sibi* LYSIAS *videretur. Interpretati docti aliquot viri sunt quatuor numero,* Orationem *illam* pro cæde Eratosthenis, *alii aliis elegantius: vt Franc. Fabricius Marcoduranus, Henr. Stephanus, Renatus Guillonius, & nuper admodum Andreas Dunæus Britannus, qui in Academia Cantabrigiensi doctis eam, & laboriosis Scholiis explanauit. Non videar tamen, vt spero, eruditis hominibus in ea sub incudem reuocanda oleum fortasse operamq; perdidisse: quod æqui iudices existimabunt. Claudius adhæc Groulardus Orationes* in Eratosthenem Tyrannum, *(quam & Gul. Canterus est interpretatus) &* in Alcibiadem, in negotiatores frumentarios, *conuersæ quidem sunt in editione Græciæ aliquot Oratorum typis H. Steph. Sed posterorum aliquid curæ diligentiæq; relictũ video. Quare ne hic quidem operam lusimus. Reddidit &* funebrem Orationem *idem Fabricius vtraque disertus lingua ac fidus interpres: qui & aureum Plutarchi, vt creditur,* de liberis educandis *libellum egregiè à se emendatum conuertit: quòd non sententiam modò reddat, sed verba etiam, quantum Latinæ linguæ ratio patitur, consequatur: Felicius sanè in Apologia pro cæde Eratosthenis, quam Anonymus quidam vetusque Orationis typis Frobenianis editus interpres. In plurimis autem locis bellè inter nos conuenire non inficior, sæpe etiam verbis non discrepare, cùm postea Coloniensem earum Orationum edi-*

tionem è Bibliotheca Schotti *V.C. didicissem, cùm eam cum meis componere cæpissem. Dissidere etiam interdum volenti conferre, per otium perspicuum cuiq; fiet. Quamobrem his locis omnibus, asteriscum adiiciendum curauimus, si quid fortè coacti è coniectura mutauimus: scriptum enim codicem nancisci non potui. Quæ verò vncis [ ] sic inclusimus ea sensui explendo, vt fit, suis quæq; locis de nostro adiecimus. Illud denique obseruatione dignum, quod licet omnium harum Orationum auctor* Lysias *sit, pancas tamen habuisse aut recitasse, sed aliis habendas recitandasque conscripsisse. Nam, vt antea è Fabio Quinctiliano lib.* II. *Institut. Orator. cap.* 16. *dicere memini, ea tempestate scribere litigatoribus, quæ pro se ipsi dicerent, more receptum erat, nec alienas agere causas licebat. Quod de hoc ipso* Lysia *M. Tullius cum in Bruto, qui de claris est Oratoribus, tum primo lib. de Oratore ad Quinctum Fratr. prior prodidit, vbi Socrati à* Lysia *Orationem esse allatam testatur, qua pro se, vt diximus, in iudicio vteretur.*

Quam animaduersionem si legendo negligas, multa profectò in his Orationibus absurda minimeque cohærentia esse videantur.

Valete.

VETE-

VETERVM DE LYSIA IVDICIA.

Ciceronis, M. Fabii, Agellii, Dionysii Halicarnass. Plutarchi, Suidæ, Phocii.

I. M. TVLLII CICERONIS In Bruto, De claris Oratorib.

F*Vit* LYSIAS *quidem in causis forensibus non versatus, sed egregiè subtilis scriptor atque elegãs; quem iam prope audeas Oratorem perfectum dicere. Nam planè quidem perfectum & cui nihil admodum desit,* Demosthenem *facile dixeris: nihil acutè inueniri potuit in eis causis quas scripsit: nihil, vt ita dicam, subdolè, nihil versutè, quod ille non viderit; nihil subtiliter dici, nihil pressè, nihil enucleatè, quo possit fieri aliquid limatius. Nihil cõtra grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum grauitate, vel sententiarum, quo quidquam esset elatius.*

LYSIAM *primum profiteri solitum artem esse dicendi. Deinde quod Theodorus esset in arte subtilior, in Orationibus autem ieiunior; Orationes eum scribere aliis cæpisse.* Ibidem. *Quid est tam dissimile quàm Demosthenes &* LYSIAS?

Ibidem.

Catonis Orationes nõ minus multæ fere sunt quàm Attici LYSIÆ, *cuius arbitror plurimas esse. Est e-*

nim Atticus: quoniam certè est Athenis & natus, & mortuus, & functus omni ciuium munere. Quamquam Timæus quasi Licinia, & Mucia lege repetit Syracusas, & quodammodo est nonnulla in iis etiam inter ipsos similitudo. Acuti sunt, elegantes, faceti, breues: sed ille Græcus ab omni laude felicior.* Habet *enim certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis opimos quàm gracilitates consectentur: quos, valetudo modo bona sit, tenuitas ipsa delectat. Quamquam in* LYSIA *sunt sæpe etiam lacerti, sic vt & fieri nihil possit valentius: verum est certè genere toto ∴strigosior; sed habet tamen suos laudatores, qui hac ipsa eius subtilitate admodum gaudeant.* [*Ibidem comparationem* LYSIÆ *cum Catone irridet T. Atticus.*]

Turnebus libr. xxx. c. 5.

∴ Pet. Vict. libr. IV. var. lect. c. vlt.

Lib. I. De Oratore, ad Q. Fratrem.

Cum Socrati scriptam Orationem disertissimus Orator LYSIAS *attulisset, quam si ei videretur, edisceret, vt ea pro se in iudicio vteretur, non inuitus legit, & commode scriptam esse dixit. Sed, inquit, vt si mihi calceos Sicyonios attulisses, non vterer, quamuis essent habiles, & apti ad pedem, quia non essent viriles: sic illam Orationem, disertam sibi & Oratoriam videri; fortem & virilem non videri.*

LIB. II. De Oratore.

Consecuti sunt [Periclem atque Alcibiadem & Thucydidem] *Critias, Theramenes,* LYSIAS. *Multa*

Multa LYSIÆ *scripta sunt, nonnulla Critiæ.*

Idem in Oratore.

Dicat igitur Attice venustißimus ille scriptor, ac politißimus LYSIAS. *Quis enim id poßit negare? dum intelligamus, hoc esse Atticum in* LYSIA, *non quod tenuis sit atque inornatus, sed quod nihil habeat insolens, aut ineptum.*

De optimo genere Oratorum.

Imitemur, si poterimus, LYSIAM, *& eius quidem tenuitatem potißimum. Est enim multis in locis grandior, sed quia & priuatas ille plerasque, & eas ipsas aliis, & paruarum rerum causulas scripsit, videtur esse ieiunior: quoniam se ipse consulto ad minutarum genera causarum limauerit.* Post: *Ita fit ut Demosthenes certè poßit submisse dicere; elatè* LYSIAS *fortasse non poßit.*

II. M. FABIVS QVINTILIANVS Lib. X.

LYSIAS *subtilis atque elegans, & quo nihil, si Oratori satis sit docere, quæras perfectius. Nihil enim est inane, nihil arceßitum: puro tamen fonti, quam magno flumini propior.*

III. AGELLIVS LIB. II. Noctium Attic. cap. V.

Phauorinus de LYSIA, *& Platone solitus est dicere: Si ex Platonis Oratione verbum aliquod demas,*

mutesve, atque id commodißimè facias, de elegantia tantum detraxeris. Si ex LYSIÆ, *de sententia.*

MONITIO.

LIB. V. De finib. bonorum & malorum.

LYSIÆ *deprauatum nomen est pro Lyconis Philosophi, Stratonis discipuli, vt ex Laertio clarum in Stratone & Lycone. Et apud Platonem Socrates Phædrum hortatur vt* LYSIAM *ad Philosophiam ita conuertat, vt veluti frater eius Polemarchus philosophetur. Non igitur Philosophus* LYSIAS, *sed Orator. Verba Ciceronis accipe; vt iudices:* Strato Physicum se voluit esse: in quo etsi est magnus, tamen noua pleraque & perpauca de moribus. Huius Lyco, & Oratione locuples, rebus ipsis ieiunior. Concinnus, & elegans huius auditor Aristo, &c.

LIB. I. Officiorum extremo.

In LYSIÆ *corruptum nomen Lysidis Pythagorei Epaminondæ præceptoris, vt Laert. auctor est: idq́ in Ciceronis editionibus non satis emendatis.* Erudierunt, *inquit*, multos Philosophi, quo meliores ciues, vtilioresq; rebus suis publicis essent, vt Thebanū Epaminondam Lysis Pythagoreus Dionem Syracusium Plato. *De hoc lib. III. de Oratore:* Aliisue artibus Lysis ille Thebanum Epaminondam, haud scio an summum virum, vnum omnis Græciæ instituit. *Et ita nominat Pausanias, Plutar. de Musica & Cor. Nepos in Epaminonda.*

DE LY-

DE LYSIA

Dion. Halicarnasseus in Criticis.

Ὁ Λυσιακὸς λόγος πρὸς τὸ χρήσιμον, καὶ ἀναγκαῖον ἐστὶν αὐτάρκης, καὶ τὸ μὲν αὐχμηρὸν ἐκπεφευγώς, [πάνυ δὲ οὗτος καὶ στενὸς κατὰ τὴν ἀπαγγελίαν, ἔτι δὲ] καὶ κομψὸς καὶ ἀληθὴς, καὶ τῶν ἀττικισμῶν εὔχαρις· οὐ μὴν συνεχῶς αὐξητικὸς, πλὴν τοῦ σκοποῦ λεληθότως ἐπιτυγχάνων, μετὰ κεκραμένης τῆς κατὰ τὴν χάριν ἡδονῆς· ὡς ἀναγινωσκόμενον, μὴν οὐχ ὅλον νομίζεσθαι, χαλεπὸν δὲ εὑρίσκεσθαι ζηλοῦν πειρωμένοις. μάλιστα δὲ ἐπιτευκτικὸς ἐν ταῖς διηγήσεσιν. ἰσχνότητι γὰρ τῆς φράσεως σαφῆ καὶ ἀπηκριβωμένην ἔχουσι τὴν τῶν πραγμάτων ἔκθεσιν.

LYSIÆ Oratio, si vsum, & id quod necessarium est, spectes, per se sufficit. Ab omni siccitate & squalore abhorret: in eloquendo prorsus angusta est; tum etiam compta & vera, atque Atticarum elegãtiarum venere conspersa: non tamen perpetuo auget, & amplificat, nisi quando scopum sensim & latenter attingit cum temperata quadã dicendi voluptate: ita vt, dum legitur, facilis existimetur: difficilis autem iis, qui eum imitari aggrediuntur. Maximè verò in Narrationibus excellit. Subtilitatem. ac dictionis tenuitate apertam atque accuratam cõtinet rerum explicationem.

Eiuſdem de Lyſia iudicium.

LYSIAS Cephali F. parentes habuit Syracuſanos, natus eſt Athenis cùm pater eò cõmigraſſet, & cum nobiliſſimis Athenienſium, literis operã dedit. Quindecimum iam annum agens cum colonia, quam Athenienſes totaq; Græcia, duodecimo ante bellum Peloponneſiacum anno, miſerãt, cum duobus fratribus in Thurios traiecit, vixitque illic feliciter admodum vſq; ad caſum illum, qui Athenienſes omnes in Sicilia commorantes inuaſit. Nam populo paulò poſt illic tumultuante, cum aliis trecentis, quod rebus Athenienſium ſtuderẽt, accuſatis, in exilium pulſus eſt. Venit itaq; continuo Athenas, anno ætatis, quantum coniectura aſſequi licet, quadrageſimo ſeptimo, pretore Callia: ex eo tempore ſe in dicendo Athenis exercuit.

ΛΥΣΙΑΣ ὁ Κεφάλου Συρακουσίων μὲν ἦν γονέων, ἐγεννήθη δὲ Ἀθήνησι μετοικοῦντι τῷ πατρὶ, καὶ συνεπαιδεύθη τοῖς ἐπιφανεστάτοις Ἀθηναίων· ἔτη δὲ πεντεκαίδεκα γεγονὼς, εἰς Θουρίους ᾤχετο, πλέων σὺν ἀδελφοῖς δυσὶ, κοινωνήσων τῆς ἀποικίας ἣν ἔστελλον Ἀθηναῖοί τε καὶ ἡ ἄλλη Ἑλλὰς, δωδεκάτῳ πρότερον ἔτει τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου· καὶ διετέλεσεν αὐτόθι πολιτευόμενος ἐν εὐπορίᾳ πολλῇ, μέχρι τῆς συμφορᾶς τῆς καταλαβούσης Ἀθηναίους ἐν Σικελίᾳ. μετ' ἐκεῖνο δὲ τὸ πάθος στασιάσαντος τοῦ δήμου, ἐκπίπτει σὺν ἄλλοις τριακοσίοις ἀττικισμὸν ἐγκληθεῖσι· καὶ παραγενόμενος αὖθις εἰς Ἀθήνας κατὰ ἄρχοντα Καλλίαν, ἕβδομον καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος ἔχων, ὡς ἄν τις εἰκάσειεν, ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου διετέλεσε διατριβὰς ποιούμενος Ἀθήνησι.

πλεί-

πλείστους δὲ γράψας λόγους εἰς δικαστήριά τε καὶ βουλὰς καὶ πρὸς ἐκκλησίας εὐθέτους, πρὸς δὲ τούτοις πανηγυρικοὺς, ἐρωτικοὺς, ἐπιστολικοὺς, τῶν μὲν ἔμπροσθεν γεγενημένων ῥητόρων ἢ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἀκμασάντων ἠφάνισε τὰς δόξας, τῶν δὲ ἐπιγινομένων οὐ πολλοῖς τισι κατέλιπεν ὑπερβολὴν, ἅτ' ἐν ἁπάσαις ταῖς ἰδέαις τῶν λόγων, καὶ μὰ Δί' οὔτοιγε ταῖς φαυλοτάταις εὐδοκιμῶν. τίνι δὲ κέχρηται χαρακτῆρι λόγων, καὶ τίνας ἀρετὰς εἰσενήνεκται, τίνι τε κρείττων ἐστὶ τῶν μεθ' αὐτὸν ἀκμασάντων, καὶ πῇ καταδεέστερος, καὶ τί δεῖ λαμβάνειν παρ' αὐτοῦ, νῦν ἤδη πειράσομαι λέγειν. ΚΑΘΑΡΟ'Σ ἐστὶ τὴν ἑρμηνείαν πάνυ, καὶ τῆς Ἀττικῆς γλώττης ἄριστος κανὼν, οὐ τῆς ἀρχαίας, ᾗ κέχρηται Πλάτων καὶ Θουκυδίδης, ἀλλὰ τῆς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐπιχωριαζούσης, ὡς ἔστι τεκμήριον τοῖς τε Ἀνδοκίδου λόγοις καὶ τοῖς Κριτίου, καὶ ἄλλοις συχνοῖς. κατὰ τοῦτο μὲν δὴ τὸ μέρος, ὅπερ ἐστὶ πρῶτον

Multis autem ſcriptis Orationibus iudicialibus & deliberatiuis inſignibus, etiam panegyricis, amatoriis, epiſtolicis, omniũ qui prius floruiſſent, aut tum etiam florebant, Oratorum gloriam obſcurauit, & admodum paucis eorum, qui poſt ſecuti ſunt, in omnibus dicendi generibus, & iis etiam præclaris ceſſit. Nũc autem dicere incipiam, quem dicendi characterem adhibuerit, quas virtutes in dicendo inuexerit, qua in re poſt-ſequẽtes ſuperarit, & qua ab iis viciſſim ſuperatus ſit, q̃d denique in eo in Oratoria imitandum. In elocutione purus admodũ eſt, & optima Attici ſermonis norma non antiqui illius, quo vſus eſt Plato cum Thucydide, ſed eius qui tum temporis vigebat, vti ex orationib. Andocidis, & Critiæ, aliorumq; multorum colligitur. Hac eum in parte, quæ in eloquentia prima

est, & plurimum dominatur in dictione scilicet purum esse & nitidum, nemo è posteris superauit, imò & pauci, vno demto Isocrate, qui solus post *Lysiam*, meo quidem iudicio, magnam in verbis puritatem adhibet, potuerunt imitari: atque hanc vnam in hoc Oratore imitatione dignam virtutem reperio, & omnes, quotquot vel scribere vel dicere purè cuperent, hunc sibi virum imitandum velim proponere. Quin & aliam virtutem priori non inferiorem in eo video, quam multi quidem eius æquales imitari conati sunt; at nullus eo magis expressit. Quænam illa? propriis scilicet verbis, & iis communibus & vulgaribus sensa animi efferre. Nemo enim topicis & tralatitiis verbis *Lysiam* vsum fuisse inueniet; nec tamen hoc tantum nomine laudari dignus, verùm etiam quod ver-

καὶ κυριώτερον ἐν λόγοις, λέγω δὲ, τὸ καθαρεύειν τὴν διάλεκτον, οὐδεὶς τῶν μεταγενεστέρων αὐτὸν ὑπερεβάλετο· ἀλλ' οὐδὲ μιμήσασθαι πολλοὶ δύναμιν ἔσχον, ὅτι μὴ μόνος Ἰσοκράτης. καθαρώτατος δὴ τῶν ἄλλων, μετά γε Λυσίαν, ἐν τοῖς ὀνόμασιν οὗτος ἔμοιγε δοκεῖ γενέσθαι ὁ ἀνήρ. μίαν μὲν δὴ ταύτην ἀρετὴν ἀξίαν ζήλου μιμήσεως εὑρίσκω παρὰ τῷ ῥήτορι· καὶ παρακελευσαίμην ἂν τοῖς βουλομένοις καθαρῶς γράφειν, ἢ καὶ λέγειν, ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα ποιεῖσθαι παράδειγμα ταύτης τῆς ἀρετῆς. Ἑτέραν δὲ οὐδὲν ἐλάττω ταύτης, ἣν πολλοὶ μὲν ἐζήλωσαν τῶν κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἀκμασάντων, οὐδεὶς δὲ βεβαιότερον ἐπεδείξατο. τίς δ' ἐστιν αὕτη; ἡ διὰ τῶν κυρίων τε καὶ κοινῶν καὶ ἐν μέσῳ κειμένων ὀνομάτων ἐκφέρουσα τὰ νοούμενα. ἥκιστα γὰρ ἄν τις εὕροι Λυσίαν τροπικῇ φράσει χρησάμενον, καὶ οὐκ ἐπὶ τούτῳ μόνον ἐπαινεῖν ἄξιον· ἀλλ' ὅτι καὶ περιτ-

περιτὰ καὶ σεμνὰ καὶ μεγάλα φαίνεσθαι τὰ πράγματα ποιεῖ, τοῖς κοινοτάτοις χρώμενος ὀνόμασι, καὶ ποιητικῆς οὐχ ἁπτόμενος κατασκευῆς. τοῖς δὲ προτέροις οὐχ αὕτη ἡ δόξα ἦν· ἀλλ' οἱ βουλόμενοι κόσμον τινὰ προσεῖναι, τοῖς λόγοις ἐξήλλαττον ἰδιώτην, καὶ κατέφευγον εἰς τὴν ποιητικὴν φράσιν, μεταβολαῖς τε πολλαῖς χρώμενοι καὶ ὑπερβολαῖς, καὶ ταῖς ἄλλαις τροπικαῖς ἰδέαις, ὀνομάτων τε γλωττηματικῶν καὶ ξένων χρήσει, καὶ τῶν οὐκ εἰωθότων σχηματισμῶν τῇ διαλλαγῇ, καὶ τῇ ἄλλῃ καινολογίᾳ καταπληττόμενοι τὸν ἰδιώτην. δηλοῖ δὲ τοῦτο Γοργίας τε ὁ Λεοντῖνος, ἐν πολλοῖς πάνυ φορτικήν τε καὶ ὑπέρογκον ποιῶν τὴν κατασκευήν, καὶ οὐ πόρρω διθυράμβων ἔνια φθεγγόμενος, καὶ τῶν ἐκείνου συνουσιαστικῶν οἱ περὶ Λικύμνιόν τε καὶ Πῶλον. ἥψατο δὲ καὶ τῶν Ἀθήνησι ῥητόρων ἡ ποιητική τε καὶ τροπικὴ φράσις, ὡς μὲν Τίμαιος φησὶ, Γοργίου ἄρξαντος, ἡνίκα Ἀθήναζε πρεσ-

bis maximè communibus, nec poetico contextu dispositis efficiat, vt res ipsæ magnæ, grandes, excellentesq; videantur. Eandem profectò priores gloriam non sunt cōsecuti: cum enim illi Orationes suas insignes reddere cuperent, vulgarem dicendi formam immutantes, poeticam sectati sunt, plurimis Metaphoris, Hyperbolis, aliisque tropis vtentes, & verborum sonantium & peregrinorum vsu, communiumque figurarum immutatione, aliaq; nouitate populum perterrentes. Ostendet apertè id Gorgias Leontinus, qui sæpe molestam & intolerabilem compositionem sectatur, vt non raro Dithyrambica eloquatur, eius item socii Licymnus & Polus. Nam, vt Timæus loquitur, Poetica & tropica dicendi forma inter Atticos Oratores, auctore Gorgia, irrepsit; qui ad Athenienses

legatus, auditores in cõcione percelluit. Sed vt verũ fateamur, ipſe quoque Thucydides, antiquitatem ſemper ſectatus, Hiſtoricus alioqui doctiſſimus, poetico in orationibus funebribus & concionibus adhibito cõtextu, in earum plurimis elocutionem in faſtum ſimul ornatumque inſolentem commutauit. *Lyſias* autem nihil huiuſmodi in Orationibus tum Iudicialibus, tum Deliberatiuis, quas certè accuratè ſcripſit, adhibuit, niſi fortaſſe nonnihil in Panegyricis. De Epiſtolicis enim, & Amatoriis, & aliis Orationum generibus, quas nulla adhibita cura conſcripſit, non eſt opus dicere. Adhæc, cùm vulgariter loqui videtur, multum ab ipſo vulgi ſermone recedit; cùm vero compoſite, ſolutis è verſu dictionibus peculiarem quendam ſonum reperit, quo verba ipſa exornat & dulcia facit, nullum tamen tumorem vel ſuper-

βεύων κατεπλήξατο τοὺς ἀκούοντας ἐν τῇ δημηγορίᾳ· ὡς δὲ τἀληθὲς ἔχει, ὁ καὶ παλαιότερον ἀεὶ θαυμαζόμενος Θουκυδίδης τούνομα, δαιμονιώτατος τῶν συγγραφέων, ἔν τε τῷ ἐπιταφίῳ καὶ ἐν ταῖς δημηγορίαις ποιητικῇ κατασκευῇ χρησάμενος, ἐν πολλοῖς ἐξήλλαξε τὴν ἑρμηνείαν εἰς ὄγκον ἅμα καὶ κόσμον ὀνομάτων ἀηθέστερον. Λυσίας δὲ τοιοῦτον οὐδὲν ἤσκησεν (ἐν γοῦν τοῖς σπουδῇ γραφομένοις δικανικοῖς καὶ συμβουλευτικοῖς λόγοις) ποιῆσαι. πλὴν εἴ τι μικρὸν ἐν τοῖς πανηγυρικοῖς. περὶ γὰρ τῶν ἐπιστολικῶν αὐτοῦ καὶ ἑταιρικῶν, καὶ τῶν ἄλλων οὓς μετὰ παιδιᾶς ἔγραψεν, οὐδὲν δέομαι λέγειν. ὁμοίως δὲ τοῖς ἰδιώταις διαλέγεσθαι δοκῶν, πλεῖστον ὅσον ἰδιώτου διαφέρει. καὶ ἐπεὶ ποιητὴς κράτιστος λόγων, λελυμένης ἐκ μέτρου λέξεως ἰδίαν τινὰ λόγων εὑρηκὼς ἁρμονίαν, ᾗ τὰ ὀνόματα κοσμεῖ τε καὶ ἡδύνει, μηδὲν ἔχοντα ὀγκῶδες μηδὲ φορτικόν.

τικόν. ταύτην δευτέραν τὴν ἀρετὴν κελεύω παρὰ τοῦ ῥήτορος τούτου λαμβάνειν, εἴ τινες ἀξιοῦσιν τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ διαλέγεσθαι τρόπον. ἐγένοντο μὲν οὖν πολλοὶ τῆς προαιρέσεως ταύτης ζηλωταὶ συγγραφεῖς τε καὶ ῥήτορες· ἔγγιστα δ' αὐτῆς μετὰ Λυσίαν ἥψατο τῶν πρεσβυτέρων νέος ἐπασκήσας Ἰσοκράτης· καὶ οὐκ ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν, προσωτέρω τούτων σκοπῶν, ἑτέρους ῥήτορας ἰσχὺν καὶ δύναμιν τοσαύτην ἐν ὀνόμασι κυρίοις καὶ κοινοῖς ἀποδειξαμένους. Τρίτην ἀρετὴν ἀποφαίνομαι περὶ τὸν ἄνδρα τὴν σαφήνειαν, οὐ μόνον τὴν ἐν τοῖς ὀνόμασιν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν τοῖς πράγμασιν. ἔστι γάρ τις καὶ πραγματικὴ σαφήνεια οὐ πολλοῖς γνώριμος. τεκμαίρομαι δὲ ὅτι τῆς μὲν Θουκυδίδου λέξεως καὶ Δημοσθένους, οἳ δεινότατοι πράγματα ἐξειπεῖν ἐγένοντο, πολλὰ δυσείκαστά ἐστιν ἡμῖν καὶ ἀσαφῆ καὶ δεόμενα ἐξηγητοῦ· ἡ δὲ

biam ostentantem. Secundam hanc in eo virtutem illos, qui eius dicendi rationem volunt. effingere, velim imitari, multos quidem hoc in genere æmulatores habuit, tum rerum gestarum scriptores, & Historicos, tum etiam dicendi magistros & Oratores; ex antiquioribus autem Isocrates adhuc iuuenis proximè ad illud post *Lysiam* accessit. Nemo verò præter hos alios Oratores inueniet, qui ita in communibus & propriis verbis excelluerint. Tertiam in illo virtutem censeo, perspicuitatem, non in nudis modo verbis, verum & in rebus: est enim & perspicuitas quædam, quæ in rerum tractatione consistit, quam multi tamen ignorant: testimonio est, quod in Thucydidis & Demosthenis dictione, qui elegantissimè tamen sua elocuti sunt, multa nobis obscura & vix intelligibilia videntur, quæque interprete indigeant. Tota au-

tem *Lyſiæ* dictio perſpicua eſt & aperta, & multum à ciuili eloquentia remota. Si verò hæc ipſa pſpicuitas oriatur, quod quis nec aliter, nec elegantius queat dicere, imitationem illa non meretur: iam vero tantus propriorum verborum theſaurus ex multa quæ in eo eſt copia hanc eius virtutem indicat. Quamobrem merito perſpicuitas eius imitanda eſt. Quin etiam cum perſpicuitate breuiter ſententias efferre (cùm tamen id perdifficile ſit, hæc duo coniungere, & cum modo ac ratione aptè inter ſe miſcere) *Lyſias* non minus quàm cæteri Oratores potuit. Quare non eſt quod qui hunc Oratorem terunt, impropriè & obſcurè eum locutum dicant. Huius autem elegantiæ hæc in eo cauſa eſt, quod ipſæ apud illum res verbis non ſubſeruiant, ſed rem ipſa vltro ſequantur verba: Orationum autem illius ornatus non in vulgarem

Λυσίου λέξις ἅπασά ἐστι φανερὰ, καὶ σαφὴς καὶ τῷ πάνυ πόῤῥω δοκοῦντι πολιτικῶν ἀφεστάναι λόγων. καὶ εἰ μὲν δι' ἀσθένειαν δυνάμεως ἐγίνετο τὸ σαφὲς, οὐκ ἄξιον ἦν αὐτὸ ἀγαπᾶν· νῦν δὲ ὁ πλοῦτος τῶν κυρίων ὀνομάτων, ἐκ πολλῆς αὐτῷ περιουσίας ἀποδείκνυται ταύτην τὴν ἀρετήν. ὥστε τὴν σαφήνειαν αὐτοῦ ζηλοῦν ἄξιον καὶ μὴν τό γε βραχέως ἐκφέρειν τὰ νοήματα μετὰ τοῦ σαφοῦς, χαλεποῦ τοῦ πράγματος ὄντος φύσει, τοῦ συναγαγεῖν ἄμφω ταῦτα, καὶ κεράσαι μετρίως. ἣ μάλιστα οὐδενὸς ἧττον τῶν ἄλλων ἀποδείκνυται Λυσίας χρώμενος· ὥστε οὐδὲν τοῖς διὰ χειρὸς ἔχουσι τὸν ἄνδρα οὔτε ἀκυρολογίας οὔτε ἀσαφείας δόξαν λαβεῖν. τούτου δὲ αἴτιον, ὅτι οὐ τοῖς ὀνόμασι δουλεύει τὰ πράγματα παρ' αὐτῷ, τοῖς δὲ πράγμασιν ἀκολουθεῖ τὰ ὀνόματα. τὸν δὲ κόσμον οὐκ ἐν τῷ διαλλάττειν

τὰ ἰδιώ-

τὸν ἰδιώτην, ἀλλ' ἐν τῷ μιμεῖσθαι, λαμβάνει. καὶ οὐκ ἐπὶ μὲν τῆς ἑρμηνείας τοιοῦτός ἐστιν, ἐν δὲ τοῖς πράγμασιν ἄκαιρός τις καὶ μακρός· συνέστραπται δὲ, εἴ τις καὶ ἄλλος, καὶ πεπύκνωται τοῖς νοήμασι. καὶ τοσούτου δεῖ τῶν οὐκ ἀναγκαίων τι λέγειν, ὥστε καὶ πολλὰ τῶν χρησίμων ἂν δόξειε παραλιπεῖν. οὐ μὰ Δί' ἀσθενείᾳ εὑρέσεως αὐτὸ ποιῶν, ἀλλὰ συμμετρήσει τοῦ χρόνου, πρὸς ὃν ἔδει γενέσθαι τοὺς λόγους. Βραχὺς γε μὴν οὗτος· ὡς μὲν ἰδιώτῃ δηλῶσαι βουλομένῳ τὰ πράγματα, ἀποχρῶν, ὡς δὲ ῥήτορι περιουσίαν δυνάμεως ἐνδείξασθαι ζητοῦντι, οὐχ ἱκανός. μιμητέον δὲ καὶ τὴν βραχύτητα τὴν Λυσίου. μετριωτέρα γὰρ οὐκ ἂν εὑρεθείη παρ' ἑτέρῳ ῥήτορι. Μετὰ ταύτας ἀρετὴν εὑρίσκω παρὰ Λυσίᾳ πάνυ θαυμαστὴν, ἧς Θεόφραστος μέν φησιν ἄρξαι Θρασύ-

characterem immutando, sed imitando potius consistit. At in elocutione non est talis, in ipsis vero rebus ineptus, inopportunus, & prolixus. nam præ cæteris sententias conglobat & conuoluit, & tantum abest, vt quid non dicendum dicat, vt multa etiam quæ bona alioquin sunt, relinquere videatur: neque hoc, quod materia illi inuentioque defuerit, sed propter ipsam temporum, ad quam accommodanda Oratio, dimēsionem. Ita quidem breuis est, vt pro imperito cupiente rem ipsam tantum indicare, sufficiat, pro Oratore vero facultatis Oratoriæ præstantiam patefacere cupiente, nequaquam. Imitanda etiam est igitur illius breuitas: neque enim apud alium quempiam Oratorem temperatior vlla inuenietur. Post hanc & aliam in *Lysia* virtutem reperio admodum egregiam, cuius quidem auctorem Thrasymachū

ponit Theophrastus, ego vero *Lysiam*: nam illo hunc antiquiorem puto. Loquor autem de vtroq; in flore ætatis constituto: quod si nec hoc mihi concedatur, dico hunc saltem in veris caussis magis quàm Thrasymachum hancce virtutem adhibuisse. Quamuis non certo, vter huius auctor exstiterit, asseram, *Lysiam* tamen in ea magis excelluisse audacter possum asserere. Quænam autem est, de qua loquor, virtus? sententias in compendium scilicet contrahere, & rotunde efferre; quæ profecto virtus in iudiciis omnique vera causa propria est & admodum necessaria; hanc quidem pauci imitati sunt, vnus autem Demosthenes etiam superauit; nisi quod non adeo moderate & simpliciter, vt *Lysias*, sed superflue nimis & frequenter vsurpet. Hæc enim, meo iudicio, hic dicẽda sunt: de quibus tamen suo loco vberius di-

μαχον, ἐγὼ δ᾽ ἡγοῦμαι Λυσίαν. καὶ γὰρ τοῖς χρόνοις οὗτος ἐκείνου προέχειν ἔμοιγε δοκεῖ· λέγω δ᾽ ὡς ἐν ἀκμῇ κοινῇ βίου γενομένων ἀμφοῖν· καὶ, εἰ μὴ τοῦτο δοθείη, τῷ γέ τι περὶ τοὺς ἀληθινοὺς ἀγῶνας ἐκείνου μᾶλλον τετρῖφθαι. οὐ μέντοι διαβεβαιοῦμαί γε ὁπότερος ἦρξε τῆς ἀρετῆς ταύτης κατὰ τὸ παρὸν, ἀλλ᾽ ὅτι Λυσίας μᾶλλον ἐν αὐτῇ διήνεγκε, τοῦτο θαῤῥῶν ἂν ἀποφηναίμην. τίς δ᾽ ἐστὶν ἣν φημι ἀρετήν; ἡ συστρέφουσα τὰ νοήματα καὶ στρογγύλως ἐκφέρουσα λέξις, οἰκεία πάνυ καὶ ἀναγκαία τοῖς δικανικοῖς λόγοις, καὶ παντὶ ἀληθεῖ ἀγῶνι. ταύτην ὀλίγοι μὲν ἐμιμήσαντο, Δημοσθένης δὲ καὶ ὑπερεβάλετο· πλὴν οὐχ οὕτως εὐτελῶς, οὐδὲ ἀφελῶς, ὥσπερ Λυσίας, χρησάμενος αὐτῇ, ἀλλὰ περιέργως καὶ πικρῶς· λεγέσθω γὰρ ὡς ἐμοὶ φαίνεται. ὑπὲρ ὧν κατὰ τὸν οἰκεῖον διαλέξομαι καιρόν.

ρόν. Ἔχει δὲ καὶ τὴν ἐνάργειαν πολλὴν ἡ Λυσίου λέξις. αὕτη δέ ἐστι δύναμίς τις ὑπὸ τὰς αἰσθήσεις ἄγουσα τὰ λεγόμενα. γίνεται δὲ ἐκ τῆς τῶν παρακολουθούντων λήψεως. ὁ δὲ προσέχων τὴν διάνοιαν τοῖς Λυσίου λόγοις, οὐχ οὕτως ἔσται σκαιὸς ἢ δυσάρεστος, ἢ βραδὺς τὸν νοῦν, ὃς οὐχ ὑπολήψεται τὰ δηλούμενα ὡς γινόμενα ὁρᾶν, καὶ ὥσπερ παροῦσιν οἷς ἂν ὁ ῥήτωρ εἰσάγῃ προσώποις ὁμιλεῖν. ἐπιζητήσει τε οὐθὲν εἰκὸς, τοὺς μὲν ἄνδρας αἰτοῦσι εἰ παθείη, τοὺς δὲ διανοηθῆναι, τοὺς δὲ εἰπεῖν. κράτιστος δὴ πάντων ἐγένετο ῥητόρων φύσιν ἀνθρώπων κατοπτεῦσαι, καὶ τὰ προσήκοντα ἑκάστοις ἀποδοῦναι πάθη τε καὶ ἤθη καὶ ἔργα. Ἀποδίδωμί τε οὖν αὐτῷ καὶ τὴν εὐπρεπεστάτην ἀρετὴν, καλουμένην δὲ ὑπὸ τῶν πολλῶν ἠθοποιΐαν. ἁπλῶς γὰρ οὐδὲ εὑρεῖν δύναμαι παρὰ τῷ ῥήτορι τούτῳ πρόσωπον οὔτε ἀνηθο-

cam. Habet etiam multam euidẽtiam dictio *Lysiana*, atque hæc ipsa est facultas, quæ ea quæ dicuntur sensibus quodammodo repræsentat, quod ex sequentium acceptione prouenit. Qui vero attentè ipsas *Lysiæ* Orationes considerauerit, non adeo stupidus, morosus, aut etiam adeo hebes futurus est, quin ea quæ dicuntur tanquã ante oculos videre, & cum iis, quas Orator inducit, personis colloqui se putet; probabilitatem quoque nullam requiret, eos quidem ponit * vt expostulantes, illos vt cogitantes, alios vt loquentes. Nemo profectò Oratorum in hominum vita describenda, & singulis proprios affectus, mores, opera attribuendo illum superauit. Adeo & hanc virtutem illi maxime propriã, quæ à multis ethopœia vocatur. Nulla enim omnino apud hunc Oratorem persona inuenienda est, cuius mores non egregie

describat, imò nec in anima. Cùm autem tria sint in quibus & circa quę virtus hæc cernatur, *Mens* scilicet, *Dictio*, & ipsa denique *Compositio*; in singulis his eum censeo excellere: non enim mente præditos eos tantum putat, qui bona, vtilia, & cōuenientia loquuntur, vt imagines quędam morum verba esse videantur: sed moribus etiam dictionē propriam, claram, omnibusq; hominibus vsitatam accommodat, qua fit vt optimi videantur. Tumor enim & omne quod studio fit, indecorum est: ille verò simplicem tenuemq; dictionem adhibet, cùm sciret mores non in ambitu verborum & numeris, sed in soluta dictione apparere. Vt autem in vniuersum de hac virtute loquar, nescio an alius vllus Orator, qui simili orationis structura vsus est, aut suauius aut magis ad persuadendum appositè dixerit. Videtur enim

ποίητον, οὔτε ἄψυχον. τριῶν τε ὄντων ἐν οἷς καὶ περὶ ἃ τὴν ἀρετὴν ταύτην συμβέβηκεν εἶναι, διανοίας τε καὶ λέξεως, καὶ τρίτης τῆς συνθέσεως, ἐν ἅπασι τούτοις αὐτὸν ἀποφαίνομαι κατορθοῦν. οὐ γὰρ διανοουμένους μόνον ὑποτίθεται χρηστὰ καὶ ἐπιεικῆ καὶ μέτρια τοὺς λέγοντας, ὥστε εἰκόνας εἶναι δοκεῖν τῶν ἠθῶν τοὺς λόγους, ἀλλὰ καὶ τὴν λέξιν ἀποδίδωσι τοῖς ἤθεσιν οἰκείαν, ᾗ πέφυκεν αὐτὰ ἑαυτῶν κράτιστα δηλοῦσθαι, τὴν σαφῆ καὶ κυρίαν καὶ κοινὴν καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις συνηθεστάτην. ὁ γὰρ ὄγκος καὶ τὸ ἐξ ἐπιτηδεύσεως ἅπαν, ἀνηθοποίητον. καὶ συντίθησί γε αὐτὴν ἁπλῶς πάνυ καὶ ἀφελῶς· ὁρῶν ὅτι οὐκ ἐν τῇ περιόδῳ καὶ τοῖς ῥυθμοῖς, ἀλλ' ἐν τῇ διαλελυμένῃ λέξει γίνεται τὸ ἦθος. καθόλου δὲ, ἵνα καὶ περὶ ταύτης εἴπω τῆς ἀρετῆς, οὐκ οἶδ' εἴτις ἄλλος ῥητόρων τῶν γε τῇ ὁμοίᾳ κατασκευῇ χρησαμένων τοῦ λόγου, εἴτε ἥδιον συνέθηκεν, εἴτε πιθανώτερον. δοκεῖ μὲν γὰρ ἀποιη-

ἀποίητός τις εἶναι καὶ ἀτεχνίτευτος ὁ τῆς ἁρμονίας αὐτοῦ χαρακτήρ. καὶ οὐ θαυμάσαιμ' ἂν εἰ πᾶσι μὲν τοῖς ἰδιώταις, οὐκ ὀλίγοις δὲ καὶ τῶν φιλολόγων, ὅσοι μὴ μεγάλας ἔχουσι τριβὰς περὶ λόγους, τοιαύτην τινὰ παράσχοι δόξαν, ὅτι ἀνεπιτηδεύτως καὶ οὐ κατὰ τέχνην, αὐτομάτως δέ πως καὶ ὡς ἔτυχε σύγκειται. ἔστι δὲ παντὸς μᾶλλον ἔργου τεχνικοῦ κατεσκευασμένος. πεποίηται γὰρ αὐτοῦ τοῦτο τὸ ἀποίητον, καὶ δέδεται τὸ λελυμένον· καὶ ἐν αὐτῷ τὸ μὴ δοκεῖν δεινῶς κατεσκευάσθαι, τὸ δεινὸν ἔχει. τὴν ἀλήθειαν οὖν τις ἐπιτηδεύων, καὶ φύσεως μιμητὴς γίνεσθαι βουλόμενος, οὐκ ἂν ἁμαρτάνοι τῇ Λυσίου συνθέσει χρώμενος. ἑτέραν γὰρ οὐκ ἂν εὕροι ταύτης ἀληθεστέραν. Οἴομαι δὲ καὶ τὸ πρέπον ἔχειν τὴν Λυσίου λέξιν οὐθενὸς ἧττον τῶν ἀρχαίων ῥητόρων, κρατίστην ἁπασῶν ἀρετὴν καὶ τελειοτάτην ὁρῶν αὐ-

compositionis eius stylus esse compositus, simplex, nec affectatus. Vnde non miror, si omnibus quidem imperitis, nõ paucis etiam doctis, qui in dicendo etiam exercitati fuere, incompositè, nec artificiose, sed non præmeditatè quodammodo, & prout in buccam venit dixisse videatur. Magis tamen ornatus est, q̃ si artificiũ omne adhibuisset. nam in eo quod incompositè dicere videtur, compositus; & quod solutè, vinctus; & in eo quod grauitatẽ repudiarit, grauis habetur. Qui verò simplicitatem amat, & naturaliter ac simpliciter cupit dicere, haud peccabit, si Lysiana compositione vtatur: nec enim facile aliam magis simplicem & sinceram reperiet. Quin etiam, non minus quàm cæteri Oratores, Lysiana dictio decorum includit; quæ profectò virtus ipsius etiam iudicio omnium est præstantissi-

ma, & tum dicenti & audienti, tam etiam rebus ipsis vtilissima. In his enim & circa hæc satis superque decorum seruat, nempe ætati, genti, studio, exercitationi, vitæ rationi, aliisque rebus, quibus inter se homines differunt, proprios loquendi modos attribuit. Apud auditores etiam egregiè orationem temperat, nec eodem modo apud iudicem, eodem ad populi conuentum, vel in panegyri congregatos dicens; sed pro ratione rei de qua loquitur, diuersa est dicendi ratio. Incipienti dictio est modesta & morata; narranti persuasibilis, nec affectata; demonstranti rotunda, succincta & frequens, amplificanti & monenti seuera & verax; repetenti docta, soluta, & breuis. Imitandum etiam est decorum, quod in ordine & constructione seruat. At non est fortasse opus dicere iis qui sciunt, quod ordo ipse persuasibilis sit & fidem

τήν, πρός τε τὸν λέγοντα καὶ πρὸς τοὺς ἀκούοντας, καὶ πρὸς τὸ πρᾶγμα. ἐν τούτοις γὰρ δὴ καὶ πρὸς ταῦτα τὸ πρέπον διαρκούντως ἡρμοσμένη. καὶ γὰρ ἡλικίᾳ καὶ γένει καὶ παιδείᾳ καὶ ἐπιτηδεύματι, καὶ βίῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐν οἷς διαφέρει προσώπων τὰ πρόσωπα, τὰς οἰκείας ἀποδίδωσι φωνάς· πρός τε τὸν ἀκροατὴν συμμετρεῖται τὰ λεγόμενα οἰκείως, οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον δικαστῇ τε καὶ ἐκκλησιαστῇ καὶ πανηγυρίζοντι διαλεγόμενος ὄχλῳ. διαφοράς τε αὐτῷ λαμβάνει κατὰ τὰς ἰδέας τῶν πραγμάτων ἡ λέξις. ἀρχομένῳ μὲν γάρ ἐστι καθεστηκυῖα καὶ ἠθική, διηγουμένῳ δὲ, πιθανὴ καὶ ἀπερίεργος· ἀποδεικνύοντι δὲ, στρογγύλη καὶ πυκνή· αὔξοντι δὲ καὶ παθαινομένῳ, σεμνὴ καὶ ἀληθινή· ἀνακεφαλαιουμένῳ δὲ, διαλελυμένη καὶ σύντομος. Ληπτέον δὲ καὶ τὸ πρέπον τῆς τάξεως παρὰ Λυσίου. ὅτι μὲν γὰρ πιθανὴ καὶ πειστι-

κὴ καὶ

ρος ἐγένετο καθελεῖν, οὐδὲ ἐτόλμησεν ἀντειπεῖν, οὐδὲ αὐτὸν τὸν θέντα ἴσασιν. ἡγεῖσθαι γὰρ ἂν αὐτοὺς οὕτως οὐ μόνον τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ τοῖς θεοῖς διδόναι δίκην. Ἀνδοκίδης δὲ τοσοῦτον καταπεφρόνηκε τῶν θεῶν, καὶ ὧν ἐκείνοις δεῖ τιμωρεῖν, ὥστε πρὶν (μᾶλλον ἢ ἧττον) ἢ ἐπιδεδημηκέναι δέκα ἡμέρας ἐν τῇ πόλει, προσεκαλέσατο δίκην ἀσεβείας πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ ἔλαχεν Ἀνδοκίδης, καὶ πεποιηκὼς ἃ οὗτος πεποίηκε περὶ τοὺς θεούς. καὶ ἵνα μᾶλλον προσέχητε τὸν νοῦν, φάσκων τὸν Ἄρχιππον ἀσεβεῖν περὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν αὐτοῦ πατρῷον· ὁ δὲ Ἄρχιππος ἀντιδίκει, ἢ μὴν τὸν Ἑρμῆν ὑγιᾶ τε καὶ ὅλον εἶναι, καὶ μηδὲν παθεῖν ὧνπερ οἱ ἄλλοι Ἑρμαῖ· ὅμως μέντοι ἵνα μὴ ὑπὸ τούτου τοιούτου ὄντος πρᾶγμα ἔχῃ, δοὺς ἀργύριον ἀπηλλάγη. καίτοι ὁπότε οὗτος παρ' ἑτέρου ἠξίωσε δίκην ἀσε-

ἀσεβείας λαβεῖν, ἤπου ἑτέρους γε παρὰ τούτου λαβεῖν δίκαιον καὶ εὐσεβές ἐστιν. ἀλλὰ λέξει δεινὸν εἶναι εἰ ὁ μὲν μηνυτὴς τὰ ἔσχατα πείσεται, οἱ δὲ μηνυθέντες τῶν αὐτῶν ὑμῖν ἐπίτιμοι ὄντες μετέχουσι. καίτοι οὐχ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογήσεται, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων κατηγορήσει. † [τοὺς μὲν οὖν ἄλλους οἱ ἐπιτάξαντες καταδέξασθαι, ἀδικοῦσι, καὶ τοῦ αὐτοῦ ἀσεβήματος αἴτιοί εἰσιν· εἰ δ' ὑμεῖς αὐτοκράτορες ἦτε, καὶ ἐστὲ οἱ ἀφελόντες τὰς τιμωρίας τῶν θεῶν, ἀλλ' οὗτοι αἴτιοι ἔσονται. ὑμεῖς οὖν μὴ βούλεσθε εἰς ὑμᾶς τὴν αἰτίαν ταύτην περιτρέψαι, ἐξὸν τὸν ἀδικοῦντα κολάσασιν ἀπηλλάχθαι.] ἔπειτα δ' ἐκεῖνοι μὲν ἀρνοῦνται τὰ μεμηνυμένα, οὗτος δὲ ὁμολογεῖ ποιῆσαι. καίτοι καὶ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ἐν τῷ σεμνοτάτῳ καὶ δικαιοτάτῳ δικαστηρίῳ, ὁμολογῶν μὲν ἀδικεῖν, ἀποθνήσκει· ἐὰν δὲ ἀμφισβητῇ, ἐλέγχεται, καὶ [πολλοὺς] οὐδὲ δόξαν ἀδικεῖν.

sumere voluerit: certè alios ab hoc eandem pœnam poscere æquum est,
& pium. Sed dicet; ini- V.
quum esse indicē ipsum extremo affici supplicio, cum ipsi ab indice delati in æquali dignitatis gradu vobiscum versentur. Quamuis ea ratione non tam se purgabit, quàm alios accusabit. Qui in magistratu constituti aliorū tolerant crimina, iniqui sunt & ipsius impietatis auctores: [Quod si vitare cupitis] cum liberā rei administrandæ potestatē habeatis, vos deorum iram auertetis, quam illi prouocasse semper existimabuntur. Nolite igitur tantorū malorū causam in vos recipere; cum auctore punito queatis liberari. Sed illi negant se commisisse quæ delata sunt, hic delictum confitetur. Atque in Areopago quidē sanctissimo iustissimoq; iudicio, qui delictum cōfitetur, morte mulctatur: qui negat, nisi argumentis cōuincatur, absoluitur.

Exemplū à minori ad maius.

Quapropter nequaquã idem ſentiendum eſt de iis qui negant, & qui cõfitentur. Iniquum autem mihi videtur, cum, qui corpus alicuius, vt caput aut faciẽ, aut manus aut pedes vulnerarit; ſecundum leges Aeopagiticas exulare ciuitate ea, quam incolit: is qui iniuria affectus eſt, deliberataque voluntate læſus; & ſi intraſſe conuincatur, mortis

7. ſuppliciũ ſubire: cum eum, qui in Deorum ſimulacra eadem commiſit, neque templa ingredi vetetis, neque ingreſſum puniatis. Nam & horum ſanè curam vos gerere & æquum eſt & bonum, qui & bene & malè de vobis mereri poſſunt.

VI. *Aliud à minori ad maius.*

Ferunt autem & Græcorũ pleroſque, propter ea, quæ hîc impiè geſſit, à ſacris ſuis hunc arcere: & vos minoris facitis ea, quæ apud vos legibus conſtituta ſunt, quàm alieni veſtra: Multo autem hic Diagoram Melium impietate ſuperat; quod, ille verbis qui-

οὔκουν ὁμοίαν χρὴ γνώμην ἔχειν περί τε τῶν ἀρνουμένων καὶ περὶ τῶν ὁμολογουμένων. δεινὸν δέ μοι δοκεῖ εἶναι, ἂν μέν τις ἀνδρὸς σῶμα τρώσῃ, κεφαλὴν ἢ πρόσωπον, ἢ χεῖρας ἢ πόδας, αὐτὸς μὲν κατὰ τοὺς νόμους τοὺς ἐξ Ἀρείου φεύξεται τὴν τοῦ ἀδικηθέντος πόλιν, ἢ τραύματος ἐκ προνοίας· καὶ ἐὰν μὲν κατίῃ, ἐνδειχθεὶς θανάτῳ ζημιωθήσεται· ἐὰν δέ τις τὰ αὐτὰ ταῦτα ἀδικήσῃ τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν, οὐδ' αὐτῶν κωλύσετε τῶν ἱερῶν ἐπιβαίνειν, ἢ εἰσιόντα οὐ τιμωρήσεσθε; καὶ μὲν δὴ τούτων καὶ δίκαιον καὶ ἀγαθόν ἐστιν ἐπιμελεῖσθαι, ὑφ' ὧν καὶ εὖ καὶ κακῶς δυνήσεσθε πάσχειν. Φασὶ δὲ καὶ τῶν Ἑλλήνων πολλοὺς διὰ τὰ ἐνθάδε ἀσεβήματα ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς ἱερῶν ἐξείργειν· ὑμεῖς δὲ αὐτοὶ οἱ ἀδικηθέντες, περὶ ἐλάττονος ποιεῖσθε τὰ παρ' ὑμῖν νόμιμα, ἢ ἕτεροι τὰ ὑμέτερα. τοσούτῳ δ' οὗτος Διαγόρου τοῦ Μηλίου ἀσεβέστερος γεγένηται. ἐκεῖνος μὲν γὰρ

λόγῳ

λόγῳ περὶ τὰ ἀλλότρια ἱερὰ καὶ ἑορτὰς ἠσέβει, οὗτος δὲ ἔργῳ, περὶ ∴ τὰ ἐν τῇ αὑτοῦ πόλει. ὀργίζεσθαι οὖν χρὴ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς † αὐτοῖς ἀδικοῦσι μᾶλλον ἢ τοῖς ξένοις περὶ ταῦτα τὰ ἱερά. τὸ μὲν γὰρ, ὥσπερ ἀλλότριόν ἐστιν ἁμάρτημα, τὸ δ᾽ οἰκεῖον καὶ μὴ οὓς μὲν ἔχετε ἀδικοῦντας ἀφίετε, τοὺς δὲ φεύγοντας ζητεῖτε συλλαμβάνειν· ἐπικηρύττοντες τάλαντον ἀργυρίου δώσειν τῷ ἀπάγοντι ἢ ἀποκτείναντι. εἰ δὲ μὴ, δόξετε τοῖς Ἕλλησι κομπάζειν μᾶλλον ἢ τιμωρεῖσθαι βούλεσθαι. ἐπεδείξατο δὲ καὶ τοῖς Ἕλλησιν ὅτι θεοὺς οὐ νομίζει. οὐ γὰρ ὡς δεδιὼς τὰ πεποιημένα, ἀλλ᾽ ὡς θαρρῶν, ναυκληρίᾳ ἐπιθέμενος, τὴν θάλατταν "ἔπλει. ὁ δὲ θεὸς ὑπῆγεν αὐτὸν, ἵνα ἀφικόμενος εἰς τὰ ἁμαρτήματα, ἐπὶ τῇ ἐμῇ προφάσει, δοίη δίκην.

dem aliorum ſacra & feſtos dies impiè carperet; Hic vero reipſa ſuæ ciui- tatis propria [ſacra] violarit. Ac ſeueriores, ô Athenienſes, præbere vos debetis ciuibus, quàm peregrinis ſacra polluentibus; quod horum quaſi alienum videatur peccatum, illorũ verò domeſticum & inteſtinum. Nolite, quæſo, quos habetis facinoroſos dimittere, cum ipſos fugientes, vt comprehendatis, perſequamini, argenti talento præconis voce huic promiſſo, qui aut in vincula coniecerit, aut morte mulctarit: Alioqui inanem potius metum incutere, quàm punire maleficos velle reliquis Græcis videbimini. Declarauit autem Græcis ipſis, quod nullos putet eſſe Deos: Qui commiſſorũ ſibi conſcius nihil veritus ſit; ſed magna confidentia nauigationi deditus mare tentandum putarit. At Deus eum periculo ſubduxit, vt ad peccata ſua reuerſus mea opera pœnas daret; quas

Comparatio Andocidæ cũ Diagora atheo.

Deorum cõtemtor.

VII. 9.

ipſum & ſpero daturum. Nec quicquam horũ mihi mirum videri queat.
10. Nõ enim eueſtigio Deus punit, more hominum vindictæ auidorum. Variis autem è ſignis diuinando id aſſequi poſſum; quando conſidero alios facinoroſos, qui longo temporis interuallo pœnas dederunt; ſicut & ipſorum poſteri, propter maiorum peccata. Interea temporis multis terriculis, multis periculis agitantur à Deo iniqui; vt pleriq; iam * vita defungi, quo malis liberarentur, optarent. At Deus tandem effecit, vt magno cum dedecore vitam cũ morte commutarent.

Impietatis vindicta.

Conſiderate verò huius Andocidæ vitam à quo tempore Deos violauit, num quiſpiam alius ſit ei ſimilis. Andocides enim commiſſo facinore, accuſatione in iudiciũ protractus ſeipſum vinculis coercendum tradidit, donec flagitiorũ ſocium traderet: quamuis ſciret ſe id præſtare non poſſe, vt qui

ἐλπίζω μὲν οὖν αὐτὸν καὶ δώσειν δίκην. θαυμάσιον δ' οὐδὲν ἄν μοι γένοιτο. οὔτε γὰρ ὁ θεὸς παραχρῆμα κολάζει· ἀλλ' αὕτη μέν ἐστιν ἀνθρωπίνη δίκη· πολλαχόθεν δ' ἔχω τεκμαιρόμενος εἰκάζειν, ὁρῶν καὶ ἑτέρους ἠσεβηκότας, χρόνῳ δεδωκότας δίκην, καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνων, διὰ τὰ τῶν προγόνων ἁμαρτήματα. ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ δέη πολλὰ καὶ κινδύνους ὁ θεὸς ἐπιπέμπει τοῖς ἀδικοῦσιν· ὥστε πολλοὺς ἤδη ἐπιθυμῆσαι † τριετήσαντας τῶν κακῶν ἀπηλλάχθαι. ὁ δὲ θεὸς τέλος * τούτῳ λυμηνάμενος τῷ βίῳ θάνατον ἐπέθηκε. σκέψασθε δὲ καὶ αὐτοῦ Ἀνδοκίδου τὸν βίον, ἀφ' οὗ ἠσέβηκε, καὶ εἴτις τοιοῦτος ἕτερός ἐστιν. Ἀνδοκίδης γὰρ ἐπειδὴ ἥμαρτεν, ἐξ ἐπιβουλῆς εἰσαχθεὶς εἰς τὸ δικαστήριον, ἔδησεν ἑαυτὸν τιμησάμενος δεσμοῦ, εἰ μὴ παραδοίη τὸν ἀκόλουθον. εὖ δ' ἤδει οὐ δυνησόμενος παραδοῦναι, ὡς

διὰ

διὰ τοῦτον καὶ τὰ τούτου ἁμαρτήματα ἀπέθανεν “ἵνα μηνυτὴς γένοιτο. καίτοι πῶς οὐ θεῶν τις τὴν τούτου γνώμην διέφθειρεν, ὃς ῥᾷον ἡγήσατο δεσμοῦ τιμήσασθαι, μαρτυρίου ἐπ' ἐλπίδι τῇ αὐτῇ; ἐκ δ' οὖν τούτου τοῦ ζημήματος ἐδέδετο ἐγγὺς ἐνιαυτὸν, καὶ ἐμήνυσε δεδεμένος κατὰ τῶν αὐτοῦ συγγενῶν καὶ φίλων, ἀδείας δοθείσης αὐτῷ εἰ δόξειε τἀληθῆ μηνῦσαι. καὶ τίνα αὐτὸν δοκεῖτε ψυχὴν ἔχειν, ὁπότε τὰ μὲν ἔσχατα καὶ τὰ αἴσχιστα ἐποίει μηνύων κατὰ τῶν ἑαυτοῦ φίλων, ἡ δὲ σωτηρία ἀφανὴς αὐτῷ; μετὰ δὲ ταῦτα, ἐπειδὴ ἀπεκτονὼς ἦν οὓς αὐτὸς ἔφη περὶ πλείστου ποιεῖσθαι, ἔδοξε τἀληθῆ μηνῦσαι, καὶ ἐλύθη. καὶ προσεψηφίσασθε ὑμεῖς αὐτὸν εἴργεσθαι τῆς ἀγορᾶς, καὶ τῶν “ἱερῶν, ὥστε μὴ ἀδικουμένῳ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν δύνασθαι δίκην λαβεῖν. οὐδεὶς γάρ που, ἐξ ὅσου Ἀθηναῖοι ἀείμνηστοι

propter hunc, & huius scelera mortuus esset, ne proditor fieret. Quis autem negare queat, sanam mentem huic à Deorum aliquo esse ademptam, qui, eadem spe proposita, vinculis multari maluerit, quàm testimonium dicere? Qua de causa annum circiter in vinculis fuit; eoq; tempore (fide publica data, si verum indicium videretur,) propinquos & amicos detulit. Quo autem ingenio videtur fuisse, quando extreme turpia perpetrabat, indicium professus contra suos amicos, cum salus ipsius adhuc esset in dubio? Deinde, cum exitio fuisset iis, quos ipse dicebat habere charissimos, creditum est verum illius indicium, vinculisque liberatus est. Et decreuistis vos, vt ipse & foro & templis arceretur; vt ne ipse iniuria quidem affectus, de inimicis sumere pœnas posset. Neque vllus vnquam, quantũ Athenienses memoria repetere præterita

VIII. *Andocides amicos detulit.*

possunt, talis delicti ignominia notatus est, iure profectò; neque enim vllus vnquam talia perpetrauit. Atq; hæc, Diisne, an casui ascribemus? Post hæc ad Cittiensium Regē nauigauit, & præuaricationis conuictus in vincula ab ipso coniectus est: & præter mortem, expectabat quotidianam flagrorum ignominiam, metuens ne membrorū extremitatib. viuus mutilaretur. Euasit tamen hoc periculū, & in suam patriam rediit, cum Dei voluntate turbæ quadringentorum essent sedatæ. Itaque ad eos, quos iniuria affecerat, reuerti desiderauit: quò cum peruenisset, in carcerem cōiectus, & ignominiose cæsus nondū mori potuit, sed dimissus est. Inde ad Euagoram Cyprii Regem nauigauit, facinoreq; admisso, proscriptus est. At hinc cum aufugisset, vitabat tutelares huius loci Deos, exulabat patria, exulabat iis locis, ad quos prius vnquā

In acerbissima mortis periculo est.

Alia huius incommoda & miseria.

εἰσὶν, ἐπὶ τοιαύτῃ αἰτίᾳ ἠτιμώθη δικαίως. οὐδὲ γὰρ ἔργα τοιαῦτα οὐδείς πω εἰργάσατο. καὶ τούτων πότερα τοὺς θεοὺς χρὴ ἢ τὸ αὐτόματον αἰτιᾶσθαι; μετὰ δὲ ταῦτα ἔπλευσεν ὡς τὸν Κιτιέων βασιλέα, καὶ προδιδοὺς ληφθεὶς ὑπ' αὐτοῦ ἐδέθη. καὶ οὐ μόνον τὸν θάνατον ἐφοβεῖτο, ἀλλὰ καὶ τὰ καθ' ἡμέραν αἰκίσματα, οἰόμενος τὰ ἀκρωτήρια ζῶντος ἀποτμηθήσεσθαι. ἀποδρὰς δὲ ἐκ τούτου τοῦ κινδύνου, κατέπλευσεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, ἐπεὶ τῶν τετρακοσίων θεὸς λήθην ἔδωκεν. ὥστε εἰς τοὺς ἠδικημένους αὐτοὺς ἐπεθύμησεν ἀφικέσθαι· ἀφικόμενος δὲ, ἐδέθη καὶ ᾐκίσθη. ἀπώλετο δὲ οὐχὶ, ἀλλ' ἐλύθη. ἔνθεν δὲ ἔπλευσεν ὡς Εὐαγόραν τὸν Κύπρου βασιλεύοντα, καὶ ἀδικήσας εἵρχθη. ἀποδράσας τοῦτον, ἔφευγε μὲν τοὺς ἐνθάδε θεοὺς, ἔφυγε δὲ τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, ἔφευγε δὲ εἰς οὓς τὸ πρῶτον ἀφίκετο

φίκοιτο τόπους. καίτοι τίς χάρις τῷ βίῳ, κακοπαθεῖν μὲν πολλάκις, ἀναπαύσασθαι δὲ μηδέποτε; καταπλεύσας δὲ ἐκεῖθεν δεῦρο εἰς δημοκρατίαν εἰς τὴν αὐτοῦ πόλιν, τοῖς μὲν πρυτανεῦσιν ἔδωκε χρήματα, ἵνα αὐτὸν προσαγάγοιεν ἐνθένδε· ὑμεῖς δ' αὐτὸν ἐξηλάσατε ἐκ τῆς πόλεως, τοῖς θεοῖς βεβαιοῦντες τοὺς νόμους οὓς ἐψηφίσασθε. καὶ τὸν ἄνδρα οὐ δῆμος, οὐκ ὀλιγαρχία, οὐ τύραννος, οὐ πόλις ἐθέλει δέξασθαι διὰ τέλους· ἀλλὰ πάντα τὸν χρόνον ἐξ ὅσου ἠσέβησεν, ἀλώμενος διάγει, πιστεύων ἀεὶ μᾶλλον τοῖς ἀγνῶσι τῶν γνωρίμων, διὰ τὸ ἠδικηκέναι οὓς γινώσκει. τὸ δὲ τελευταῖον νυνὶ ἀφικόμενος εἰς τὴν πόλιν, δὶς ἐν τῷ αὐτῷ ἐνδέδεικται· καὶ τὸ μὲν σῶμα ἀεὶ ἐν δεσμοῖς ἔχει, ἡ δὲ οὐσία αὐτοῦ ἐλάττων ἐκ τῶν κινδύνων γίνεται.

accesserat, & quodnam poterat esse eius vitæ siue desiderium, siue solatiũ, in qua semper affligebatur, reficiebatur nunquã? Cum autem inde nauigio huc venisset ad popularẽ Reip. statum, suæq; patriæ ciuitatẽ; principes quidem pecunia data sibi conciliauit, vt per ipsos commendaretur populo; vos autem ipsum ciuitate expulistis, & Diis firmas effecistis leges à vobis statutas. Et tandem neque populus neque optimates, neq; Rex quispiam, neq; ciuitas virum hũc recipere dignata est: sed omne vitæ tempus, ex quo Deos violauit, vagus & solicitudine pressus transigit, maiorem semper habens fidem ignotis quàm notis; quod sciat plerosque iniuria à se esse affectos, quos familiares habuit. Deniq; iam in vrbẽ reuersus, bis propter idem crimen postulatus est, ita vt corpus quidem semper in vinculis habeat, facultates verò hisce periculis consumat. IX.

Epiphonema.

Omissa quædam.

Impiorum prosperitas nó debet nos à religione auertere.

Et cuius vita inimicorum ac sycophantarum libidini est exposita, nonne ille in vita ipsa caret vita? nonne vitam viuit minimè vitalem? Atq; hæc quidem à Deo ipsi euenerunt, non vt saluti eius consuleret, sed vt scelerum præteritorum pœnas sumeret. Postremo verò *ipsum nunc vestræ potestati tradidit, vt quicquid libebit de ipso statuatis. [ ] Quare, per Iouem, nequaquam oportet siue seniores siue adolescentiores impietatis Andocidæ conscios, ideo à religione alieniores esse, quod ipsum videant è multis euasisse
II. periculis incolumem: cogitare enim debemus ꝙ medium vitæ tempus feliciter ac sine dolore trãsactum, æuo sit calamitoso, (quale fuit huius) licet altero tanto longiori, præferendum. Eò autem impudentiæ peruenit, vt & factiones subornet in Repub. & cum populo agat, & iam conciones habeat, & ex Magistratibus

καὶ ὅταν τις τὸν αὑτοῦ βίον τοῖς ἐχθροῖς καὶ τοῖς συκοφάνταις διανέμει, τοῦτ' ἐστι *τὸ βιοῦν τὸν βίον ἀβίωτον. ἃ τούτῳ ὁ θεὸς οὐκ ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐπινοεῖν δίδωσιν, ἀλλὰ τιμωρούμενος τῶν γεγενημένων ἀσεβημάτων. τὸ δὲ τελευταῖον, νυνὶ παραδέδωκεν "αὐτὸν ὑμῖν χρῆσθαι ὅ, τι ἂν βούλησθε· [" οὕτω μὴ ἀδικεῖν πιστεύων, ἀλλ' ὑπὸ δαιμονίου τινὸς ἀγόμενος ἀνάγκης.] οὔκουν χρὴ μὰ τὸν Δία, οὔτε πρεσβύτερον ὄντα οὔτε νεώτερον, ὁρῶντας Ἀνδοκίδην ἐκ τῶν κινδύνων σωζόμενον, συνειδότας αὐτῷ ἔργα ἀνόσια εἰργασμένῳ, ἀθεωτέρους γίνεσθαι· ἐνθυμουμένους ὅτι ἥμισυς ὁ βίος βιῶναι κρείττων ∴ ἀλύπως ἐστὶ διπλασίου λυπουμένῳ, (ὥσπερ οὗτος) εἰς τοσοῦτον δὲ ἀναισχυντίας ἀφῖκται, ὥστε καὶ παρασκευάζεται τῇ πόλει, καὶ πράττει καὶ ἤδη δημηγορεῖ, καὶ ἐπιτιμᾷ, καὶ ἀποδοκιμάζειν τῶν ἀρχόντων

χόντων τισί· καὶ συμβουλεύει, εἰς τὴν βουλὴν εἰσιὼν, περὶ θυσιῶν καὶ προσόδων καὶ εὐχῶν, καὶ μαντειῶν. καίτοι, τούτῳ πειθόμενοι, ποίοις θεοῖς ἡγήσεσθε κεχαρισμένα ποιεῖν; μὴ γὰρ οἴεσθε ὦ ἄνδρες δικασταὶ, εἰ ὑμεῖς βούλεσθε τὰ τούτῳ πεποιημένα ἐπιλαθέσθαι, καὶ τοὺς θεοὺς ἐπιλήσεσθαι. ἀξιοῖ δὲ οὐχ, ὡς ἠδικηκὼς, ἡσυχίαν ἔχων πολιτεύεσθαι, ἀλλ' ὥσπερ αὐτὸς ἐξευρὼν τοὺς τὴν πόλιν ἀδικήσαντας, οὕτω διανοεῖται καὶ παρασκευάζεται (ὅπως ἕτερον μεῖζον δυνήσεται) ὥσπερ οὐ διὰ πραότητα καὶ ἀσχολίαν τὴν ὑμετέραν οὐ δεδωκὼς ὑμῖν δίκην εἰς οὓς νῦν ἁμαρτάνων οὐ λανθάνει· ἀλλὰ ἅμα ἐξελεγχθήσεταί τε καὶ δώσει δίκην. ἰσχυρεῖται δὲ καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ. ἀναγκαίως γὰρ ἔχω ὑμᾶς διδάσκειν ἃ οὗτος ἀπολογήσεται, ἵν' ἀκούσαντες παρ' ἀμ-

quosdam improbet, ac
repudiet, & in Senatum
ingressus de sacrificiis,
vectigalibus, votis facien-
dis, Deorũ responsis de-
liberet. Atqui, cui quæso,
Deorum vos rem gratam
putatis facturos, dũ huic
obtemperatis? An existi-
matis, Iudices, si vos eius
facinora obliuisci velitis,
& Deos posse obliuisci?
Vult autem non quietus
in Repub. viuere, vt eum
decebat, qui grauiter of-
fendit: sed ita se gerit, ita
omnia molitur, vt aliud
quippiam memorabile
designet; quasi per ipsum
comperta esset eorũ ne-
quitia, qui Rempub. tur-
barunt: & quasi non per
vestram lenitudinẽ & oc-
cupationes steterit, quò
minus pœnas vobis da-
ret; quos nũc sciens pru-
densq; offendere non ve-
retur: sed detegẽtur tan-
dem omnia, & pœnas
pendet. Cuius rei confir- XI.
matio & hinc petetur.
Necesse est enim vt vobis
aperiã, quibus hic ratio-
nibus suam causam tueri
volet, vt vtraq; parte au-

Confutatio eorum, quibus Andocides tueri se conabatur.

dita, facilius rem discernatis. Dicit enim præclarè se de Repub. meritum; quod formidine, & turbis tunc imminentibus vos liberarit. At quis maximorum incommodorum auctor exstitit? nonne hic ipse suis machinationibus? Deinde, huicne pro aliquibus cõmodis gratias agere oportet, qui incolumitatem à vobis tanquam indicii mercedem acceperit? & vosne * tumultus & malorum vllam præbuistis causam, quod facinorosos conquisieritis? Nequaquam, sed contrà res sese habet. Hic turbas excitauit, vos illas sedastis.

XII. *An fœdera prodesse debeant Andocidæ.*

Audio vero ipsũ pro causæ suæ defensione dicturum, quod nec ipse fœderibus excludi debeat, sicut nec alii Athenienses: atque hoc obtentu se assecuturum putat, vt à multis, ne fœdera violẽt, metuentibus absoluatur: Sed quod fœdera nihil ad Andocidem pertineãt, docebo; siue (per Iouem) quæ vos cum Lacedæ-

φοτέρων, ἄμεινον διαγνῶτε. φησὶ γὰρ ἀγαθὰ μεγάλα ποιῆσαι τὴν πόλιν, μηνύσας καὶ ἀπαλλάξας δέους καὶ ταραχῆς τῆς τότε. τίς δὲ τῶν μεγάλων κακῶν αἴτιος ἐγένετο; οὐκ αὐτὸς οὗτος, ποιήσας ἃ ἐποίησεν; εἶτα τῶν μὲν ἀγαθῶν δεῖ τούτῳ χάριν εἰδέναι, ὅτι ἐμήνυσε, μισθὸν ὑμῶν αὐτῷ διδόντων τὴν ἄδειαν; τῆς δ' “ἀρχῆς καὶ τῶν κακῶν ὑμεῖς αἴτιοι ἐστέ, ὅτι ἐζητεῖτε τοὺς ἠσεβηκότας; οὐ δήπουθεν, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο τοὐναντίον. ἐτάραξε μὲν οὗτος τὴν πόλιν, κατεστήσατε δ' ὑμεῖς. πυνθάνομαι δ' αὐτὸν μέλλειν ἀπολογήσασθαι, ὡς αἱ συνθῆκαι καὶ αὐτῷ εἰσι, καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις Ἀθηναίοις. καὶ τοῦτο πρόσχημα ποιούμενος, οἴεται πολλοὺς ὑμῶν δεδιότας μὴ λύσητε τὰς συνθήκας, αὐτοῦ ἀποψηφιεῖσθαι. ὡς οὖν οὐδὲν προσήκει Ἀνδοκίδῃ τῶν συνθηκῶν, περὶ τούτου λέξω· οὔτε μὰ τὸν Δία τῶν πρὸς Λακεδαι-

μονίους,

μονίους, αἷς ὑμεῖς συνέθεσθε, οὔτε τῶν πρὸς τοὺς ἐν τῷ ἄστει οἱ ἐκ Πειραιῶς. οὐδενὶ γὰρ ὑμῶν τοσούτων ὄντων τὰ αὐτὰ ἁμαρτήματα οὐδ᾽ ὅμοια ἦν τοῖς Ἀνδοκίδου. ὥστε καὶ τοῦτον * ἡμῶν ἀπολαῦσαι. ἀλλ᾽ οὐ μὲν δὴ ἕνεκά γε τούτου διαφερόμενοι (ἐπειδὴ καὶ τούτῳ μετέδωκε τῶν συνθηκῶν) τότε διηλλάγημεν. οὐ γὰρ ἕνεκεν ἑνὸς ἀνδρὸς, ἀλλ᾽ ἕνεκεν ἡμῶν τῶν ἐξ ἄστεος καὶ ἐκ Πειραιέως, αἱ συνθῆκαι ἐγένοντο καὶ οἱ ὅρκοι. ἐπεί τοι δεινὸν ἂν εἴη εἰ περὶ Ἀνδοκίδου ἀποδημοῦντες, αὐτοὶ ἐνδεεῖς ὄντες ἐπεμελήθημεν, ὅπως ἐξαλειφθείη αὐτῷ τὰ ἁμαρτήματα ἄλλα. Λακεδαιμόνιοι γὰρ ἐν ταῖς πρὸς αὐτοὺς συνθήκαις, ἐπεμελήθησαν Ἀνδοκίδου, ὅτι ἔπαθον ἀγαθόν τι ὑπ᾽ αὐτοῦ; ἀλλ᾽ ὑμεῖς ἐπεμελήθητέ γε αὐτοῦ; ἀντὶ ποίας εὐεργεσίας; ὅτι πολλάκις δι᾽ ὑμᾶς ὑπὲρ τῆς πόλεως

moniis iniistis; siue quæ, in Piræo cõmorati, cum iis qui vrbem occupabãt, firmarunt. Nullus enim vestrum, quamuis tot numero essetis, eadem quæ Andocides, aut eius sceleribus similia commiserat; vt huic ex *vobis ideo aliquid commodi accedere debeat. Sed nequaquam huius causa, quãdo dissidebamus, fœdera fecimus. (etsi & huic fœderum licuit esse participi). Non enim vnius viri, sed nostra omnium causa, tam eorum gratia qui in ciuitate, quàm qui in Piræo erãt iuraiuranda & pacta intercesserũt. Quandoquidem absurdum foret, nos peregrè viuentes, egestate pressos, curam gessisse, vt Andocidæ oblitterarentur delicta. An Lacedæmonii in iis, quæ nobis cum ipsis intercedunt pactis, Andocidæ rationem habuerunt, quod bene meritus sit de illis? An vos eius curam gessistis? Quo beneficio ꝓuocati? quod sæpe propter vos pro Re-

*

publica se periculo commiserit? Non est, Athenienses, hæc conueniens huic excusatio. Neq; est quod fallamini. Non enim proposita soluuntur fœdera, si Andocides priuatorum scelerum pœnas luat: sed, si quis publicarum calamitatum gratia, priuatim puniat quempiam.

XIII. Fortassis autem & Cephissium vicissim accusabit; & habebit quod dicat: vera enim fateri oportet. Sed fieri cōmodè non posset, vt & causam dicenti, & alium accusanti eadem sententia ferenda vos accōmodetis: Et nunc vt de hoc [Andocida] decernatis, tempus postulat: suum quoque tempus Cephissio, & cuique vestrum, quorum hic mentionem faciet, tribuetur. Nolite igitur propter aliorū offensiones hunc crimine iā absoluere.

An propter indiciū & delationem seruari debeat?

Dicet quoque se Indicem fuisse, & neminem posthac fore, qui indicare volet, si in se animaduertatur. At Andocides habet Indicii sui

ἐκινδύνευσεν; οὐκ ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τούτῳ ἀληθὴς αὕτη ἡ ἀπολογία· μηδ' ὑμεῖς ἐξαπατᾶσθε. οὐ γὰρ τοῦτο λύειν ἐστὶ τὰ συγκείμενα, εἰ Ἀνδοκίδης ἕνεκα τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων δίδωσι δίκην, ἀλλ' ἐάν τις ἕνεκα τῶν δημοσίων συμφορῶν ἰδίᾳ τινὰ τιμωρῆται. ἴσως οὖν καὶ Κηφισίου ἀντικατηγορήσει, καὶ ἕξει ὅ, τι λέγοι. τὰ γὰρ ἀληθῆ χρὴ λέγειν. ἀλλ' ὑμεῖς οὐδ' ἂν δύναισθε τῇ αὐτῇ ψήφῳ τόν τε ἀπολογούμενον καὶ τὸν κατηγοροῦντα κολάσαι. ἀλλὰ νῦν μὲν περὶ τούτου καιρός ἐστι γνῶναι τὰ δίκαια· ἕτερος δὲ ἕξει Κηφισίῳ καὶ ὑμῶν ἑκάστῳ, ὧν οὗτος νῦν μεμνήσεται. μὴ οὖν καὶ δι' ἑτέραν ὀργὴν τούτου ἀδικοῦντος νῦν ἀποψηφίσησθε. ἀλλὰ λέξει ὅτι μηνυτὴς ἐγένετο· καὶ ἕτερος οὐδεὶς ὑμῖν ἐθελήσει μηνύειν, ἐὰν * κολάζητε. " Ἀνδοκίδης δὲ ἔχει τὰ μήνυτρα παρ' ὑμῶν,

μῶν, σώσας τὴν αὑτοῦ ψυχὴν, ἑτέρων διὰ τοῦτο ἀποθανόντων. τῆς μὲν οὖν σωτηρίας ὑμεῖς τούτῳ αἴτιοι ἐστὲ, τῶν δὲ κακῶν τῶνδε καὶ τῶν κινδύνων, αὐτὸς ἑαυτῷ, παραβὰς τὰ δόγματα, καὶ τὴν ἄδειαν, ἐφ᾽ ᾗ μηνυτὴς ἐγένετο. οὔκουν ἐξουσίαν χρὴ ποιεῖν τοῖς μηνυταῖς ἀδικεῖν, (ἀρκεῖ γὰρ τὰ πεποιημένα) ἀλλὰ παραβαίνοντας κολάζειν. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι μηνυταὶ, ὁπόσοι μετ᾽ αἰσχρᾶς αἰτίας ἐξηλεγμένοι, σφᾶς αὐτοὺς ἐμήνυσαν ἐν γοῦν ἐπίσταντο, μὴ ἐνοχλεῖν τοῖς ἠδικημένοις· ἡγούμενοι, ἀποδημοῦντες μὲν, ἀθῷοι καὶ ἐπίτιμοι δόξειν εἶναι, ἐπιδημοῦντες δὲ παρὰ τοῖς πολίταις τοῖς ἠδικημένοις, πονηροὶ δόξειν καὶ ἀσεβεῖς εἶναι. ὁ γοῦν πάντων πονηρότατος Βάτραχος, πρὶν τούτου γενόμενος ἐπὶ τῶν τριάκοντα μηνυτὴς, καὶ οὐσῶν αὐτῷ συνθηκῶν

mercedem, vitę nimirum incolumitatem; aliis, qui in eadem causa erant, interfectis. Quare salutis eius vos auctores estis; incõmodorum verò & periculorum ipse sibi causa fuit, transgressus decreta, & fidei publicæ leges indici præscriptas. Non ergo indicibus peccandi licentia est permittenda (cum prioribus peccatis ignouisse sufficiat) sed peccantibus pœna irroganda. Atque alii quidem indices, quicunq; in turpi negotio deprehensi seipsos detulerunt, vnum illud nouerũt obseruandum, eos non esse molestandos, in quos iniqui fuissent; quod existimarent, si peregrè viuerent, innocentes se posse videri, & integræ vitæ: sin domi agerent inter ciues, quos iniuria affecissent, improbos esse habendos, & impios. Atq; omnium quidem iniquissimus Batrachus, qui ante hũc triginta tyrannorũ tempore index fuerat, cũ & ipsi licuisset vti beneficio fœ-

XIV.

Batrachi verecundia laudatur.

derum & iuramentorũ, ſicut omnibus Eleuſine profectis; quod vos vereretur, quos offenderat, in alia commorabatur ciuitate. Andocides vero cum in ipſos Deos deliquerit, nõ tanti ipſos fecit, quanti Batrachus homines; quando in ipſorũ templa ingredi audet. Hic igitur, qui iniquior, & inſolentior eſt Batracho, boni conſulere debet, quod à vobis ſit ſeruatus.

A minori ad maius. Batracho comparatur Andocides.

XV. Age vero conſiderate, num aliquid ſit, cuius gratia Andocides vobis ſit abſoluendus. An quod bonus miles? At nunquam extra vrbem in militiã profectus eſt, neque eques, neq; ſcutatus, neq; triremi præfectus, neq; claſſiarius; neque ante, neq; poſt vrbis calamitatem iam natu grandior quadragenario; cùm alii fuga elapſi vnà vobiſcum ſuis ſumtibus triremes pararent, eiſque præeſſent. Recordamini quæſo, quantis à malis & bello, vos ipſos & vrbem vindicaueritis; corpori-

καὶ ὅρκων, καθάπερ τοῖς Ἐλευσινιόθεν, δείσας ὑμῶν οὓς ἠδίκησεν, ἐν ἑτέρᾳ πόλει ᾤκει. Ἀνδοκίδης δὲ καὶ αὐτοὺς τοὺς θεοὺς ἀδικήσας, περὶ ἐλάττονος αὐτοὺς ἔθετο, εἰσιὼν εἰς τὰ ἱερά, ἢ Βάτραχος τοὺς ἀνθρώπους· ὅστις οὖν καὶ πονηρότερος καὶ ἀμαθέστερος Βατράχου ἐστί, πάνυ δὴ ἀγαπητὸς ὑφ' ὑμῶν αὐτῶν σωθέντα. Φέρε δή, ἐπισκεψαμένους χρὴ ὑμᾶς Ἀνδοκίδου ἀποψηφίσασθαι, πότερον ὡς στρατιώτης ἀγαθός; ἀλλ' οὐδεπώποτ' ἐκ τῆς πόλεως ἐστρατεύσατο, οὔτε ἱππεύς, οὔτε ὁπλίτης, οὔτε τριήραρχος, οὔτ' ἐπιβάτης· οὔτε πρὸ τῆς συμφορᾶς, οὔτε μετὰ τὴν συμφοράν, πλέον ἢ τετταράκοντα ἔτη γεγονώς. καὶ ἕτεροι φεύγοντες ἐν Ἑλλησπόντῳ συνετριηράρχουν ὑμῖν. ἀναμνήσθητε δὲ καὶ αὐτοὶ ἐξ ὅσων κακῶν καὶ πολέμου ὑμᾶς αὐτοὺς περιεποιήσατε, καὶ τὴν πόλιν, πολλὰ μὲν τοῖς σώμασιν

μασιν πονήσαντες, πολλὰ δὲ καὶ ἀναλώσαντες χρήματα καὶ ἴδια καὶ δημόσια, πολλοὺς δὲ καὶ ἀγαθοὺς τῶν πολιτῶν καταθάψαντες, διὰ τὸν γινόμενον πόλεμον. Ἀνδοκίδης δὲ, ἀπαθὴς τούτων τῶν κακῶν γενόμενος εἰς τὴν σωτηρίαν τῇ πατρίδι, ἀξιοῖ νυνὶ μετέχειν τῆς πόλεως, ἀσεβῶν ἐν αὐτῇ ἀλλὰ πλουτῶν γὰρ καὶ δυνάμενος τοῖς χρήμασι, καὶ βασιλεῦσιν ·.· ἐξενωμένος καὶ τυράννοις, ἃ νῦν ἐγκομπάσει, ἐπιστάμενος τοὺς ὑμετέρους τρόπους, ποίαν εἰσφορὰν τούτῳ ἀγαθὸν γένοιτο, καὶ ἐπιστάμενος ἐν πολλῷ σάλῳ καὶ κινδύνῳ τὴν πόλιν γινομένην, ναυκληρῶν οὐκ ἐτόλμησεν ἐπαρθεὶς σῖτον εἰσάγων ὠφελῆσαι τὴν πατρίδα. ἀλλὰ μέτοικοι μὲν καὶ ξένοι, ἕνεκα τῆς μετοικίας, ὠφέλουν τὴν πόλιν " εἰσάγοντες· σὺ δὲ τί καὶ ἀγαθὸν ποιήσας ὦ Ἀνδοκί-

bus quidem varios labores perpessis, facultatibus vero & priuatim & publicè consumtis, denique ciuium multis & præclaris in bello, quod gerebatur, occisis. At Andocides, expers horũ omniũ incommodorum, quæ vos ad patriæ salutem ꝓpugnandam tulistis, vult nunc esse particeps commodorum Reipublicæ; in qua Deos violauit. At- XVI.
enim cum diues esset, ac facultatibus abundans, multo à Regibus & Tyrannis *emolumẽto percepto; quibus nunc gloriatur, graue tamen ipsi visum est, licet nauigationi intento, sublatis anchoris, ad iuuandam patriam, huc frumenta importare, non ignaro vestræ voluntatis, & commodi hinc percipiendi, non ignaro quantis turbis & periculis iactaretur Respub. Sed aduenæ & peregrini (id tribuentes loco quem incolebant) subuectis frumentis, subuenerunt Reip. Tu vero, Andocide, quid boni prę-

*

stitisti? cui malo obstitisti? quod educationis præmium reddidisti? *Epilogus.* Recordamini quæso, Athenienses, quænam patrata sunt ab Andocida, reuocate in memoriam festi quoq; celebritatem, quæ apud plerosq; illustriores vos effecit. Sed aures vestræ iam ad huius crimina occalluerunt, quod frequenter ea iam audiueritis & videritis; vt quæ grauia sunt, vobis talia nō videantur. XVII. Sed animaduertite, quæso, & persuadete vobis animo vos videre, quæ hic facit; & melius, quid statuendum sit, diiudicabitis: Hic enim indutus stola quasi sacrificaret, arcana profanis ostendit, & voce diuulgauit. Eos autē quos nós existimamus Deos, quos colimus, quibus lustrati sacrificamus, quos oramus; hos ipse mutilauit. Et hac de causa sacerdotibus constitutis, sacra sunt instaurata, vsq; sunt exsecrationibus vsque ad vesperam, & vestes spadiceas deposuerūt, vt le-

δη; ποῖα ἁμαρτήματα ἀνακαλεσάμενος; ποῖα τροφεῖα ἀνταποδούς; Ἀθηναῖοι, μνήσθητε τὰ πεποιημένα Ἀνδοκίδῃ· ἐνθυμήθητε δὲ καὶ τῆς ἑορτῆς δι' ἣν ὑπὸ τῶν πολλῶν προὐτιμήθητε. ἀλλ' ἐστὲ γὰρ ὑπὸ τῶν τούτου ἁμαρτημάτων ἤδη καταπλῆγες διὰ τὸ πολλάκις ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι· ὥστε οὐδὲ τὰ δεινὰ ἔτι δεινὰ δοκεῖ ὑμῖν εἶναι. ἀλλὰ προσέχετε τὸν νοῦν· δοκείτω δ' ὑμῖν ἡ γνώμη ὁρᾶν ἃ οὗτος ποιεῖ, καὶ διαγνώσεσθε ἄμεινον. οὗτος γὰρ ἐνδὺς στολὴν, μιμούμενος τὰ ἱερὰ, ἐπεδείκνυε τοῖς ἀμυήτοις, καὶ εἶπε τῇ φωνῇ τὰ ἀπόρρητα. τῶν δὲ θεῶν, οὓς ἡμεῖς θεοὺς νομίζομεν καὶ θεραπεύοντες καὶ ἁγνεύοντες θύομεν καὶ προσευχόμεθα, τούτους περιέκοψε· καὶ ἐπὶ τούτοις ἱέρειαι καὶ ἱερεῖς στάντες, κατηράσαντο πρὸς ἑσπέραν, καὶ φοινικίδας ἀνέσεισαν, κατὰ

τὸ νόμιμον τὸ παλαιὸν καὶ ἀρχαῖον. ὡμολόγησε δὲ οὗτος ποιῆσαι. ἔτι δὲ παρελθὼν τὸν νόμον ὃν ὑμεῖς ἔθεσθε, εἴργεσθαι τῶν ἱερῶν αὐτῶν, ὡς ἀλιτήριον ὄντα, ταῦτα πάντα βιασάμενος, εἰσελήλυθεν ἡμῶν εἰς τὴν πόλιν καὶ ἔθυσεν ἐπὶ τὸν βωμὸν, ὃν οὐκ ἐξῆν αὐτῷ, καὶ ἀπήντα τοῖς ἱεροῖς περὶ ἃ ἠσέβησεν. εἰσῆλθεν εἰς τὸ Ἐλευσίνιον, ἐχερνίψατο ἐκ τῆς ἱερᾶς χέρνιβος. τίνα χρὴ ταῦτα ἀνασχέσθαι; ποῖον φίλον, ποῖον συγγενῆ, ποῖον δικαστὴν χρὴ τούτῳ χαριζόμενον κρύβδην, φανερῶς τοῖς θεοῖς ἀπέχθεσθαι; νῦν οὖν χρὴ νομίζειν τιμωρουμένους, καὶ ἀπαλλαττομένους Ἀνδοκίδου, τὴν πόλιν καθαίρειν, ἀρὰν ἀπάγεσθαι καὶ ἀποδιοπομπεῖσθαι, καὶ φαρμακὸν ἀποπέμπειν, καὶ ἀλιτηρίου ἀπαλλάττεσθαι· ὡς ἓν τούτων οὗτός ἐστι. βούλομαι τοίνυν εἰπεῖν ἃ Διοκλῆς ὁ Ζαχόρου τοῦ ἱεροφάντου, πάππος δὲ ἡμέτερος, συνεβούλευσε βουλευομένοις ὑμῖν

gitima & vetus conſuetudo poſtulabat. Confeſſus eſt autem hæc à ſe eſſe commiſſa. Præterea neglecta lege, quam ipſi cōſtitueratis, vt ſacris arceretur velut impius, hac, inquam, lege violata, ingreſſus in veſtram vrbem & ſuper ara ſacrificauit, quæ ipſi erat interdicta, & ad ſacra acceſſit, quæ impiè antea violauerat. Et ingreſſus ad ſacra Cereris, è ſacro gutturnio manus abluit. Cui ſunt hæc tolerabilia? quis amicus, quis propinquus, quis iudex huic clanculum velit gratificari; vt in apertum Deorum odium incidat? Nunc autem exiſtimare oportet, eos, qui de Andocide pœnas ſumſerint, ipſumq; è medio ſuſtulerint; ciuitatē purgare, piaculum auertere & depellere, & publicum ſcelus auferre, & à Deorum violatore nos liberare; quorum hic eſt vnus.

XVIII. Placet igitur referre, quæ Diocles Zacori æditui filius auus noſter vobis ſuaſit deliberantibus,

quomodo, cũ viro quodam Megarenſi ſacra violanti, agendũ eſſet. Nonnullis enim ſuadentibus, vt indicta cauſa illico occideretur; Iudici ſiſtendum eſſe monuit, hominum cauſa, vt qui audiſſent & vidiſſent, moderatius ſe gererent: Deorũ vero cauſa, vnicuique ſecũ domi meditato, quas debeat luere pœnas impius, accedendum eſſe ad tribunal. Et vos, Athenienſes, (ſcitis enim quæ facere oporteat) videte ne ipſe aliter vobis perſuadeat. Manifeſto ipſum impiè ſceleratum tenetis, audiuiſtis, nouiſtis eius crimina: obſecrabit, ſupplicabit, nolite miſereri: Non enim mortem meriti digni ſunt miſericordia, ſed innocentes & immeriti.

ὅ,τι δεῖ χρῆσθαι Μεγαρεῖ ἀνδρὶ ἠσεβηκότι. κελευόντων γὰρ ἑτέρων ἄκριτον παραχρῆμα ἀποκτεῖναι, παρῄνεσε κρῖναι, τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα· ἵνα ἀκούσαντες καὶ ἰδόντες σωφρονέστεροι οἱ ἄλλοι ὦσι. τῶν δὲ θεῶν ἕνεκα οἴκοθεν ἕκαστον ἃ δεῖ τὸν ἀσεβοῦντα παθεῖν, αὐτὸν παρ' ἑαυτῷ κεκρικότα εἰς τὸ δικαστήριον εἰσιέναι. καὶ ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, (ἐπίστασθε γὰρ ἃ δεῖ ποιῆσαι) μὴ ἀναπεισθῆτε ὑπὸ τούτου. φανερῶς ἔχετε αὐτὸν ἀσεβοῦντα. εἴδετε, ἠκούσατε τὰ τούτου ἁμαρτήματα. ἀντιβολήσει καὶ ἱκετεύσει ὑμᾶς; μὴ ἐλεεῖτε. οὐ γὰρ οἱ δικαίως ἀποθνήσκοντες, ἀλλ' οἱ ἀδίκως, ἄξιοί εἰσιν ἐλεεῖσθαι.

LYSIÆ

ΛΥΣΙΟΥ ἈΡΕΟΠΑΓΙΤΙΚΟ'Σ, ὑπὲρ τοῦ σηκοῦ ἀπολογία.

LYSIÆ AREOPAGITICA ORATIO EXCVSATORIA, VI.

De sacræ oliuæ trunco.

Interprete IODOCO VANDERHEIDIO.

ARGVMENTVM IN AREOPAGITICAM Lysiæ Orationem.

In hac Oratione, accusatus quidam, quod oleæ sacræ seu consecratæ truncum ex agro suo exstirpasset; tuetur se testimoniis tam eorum quibus agrum locauerat colendum, quàm vicinorum, quod nullus in agro truncus oleæ fuisset, quo tempore ipse agrum possedisset. Addit varia & ingeniose excogitata signa: quod scil. nulla esset spes lucri, maximus incommodorum timor: quod in reliquis honestè se gessisset: quod seruos, vt de iis in dominum inquireretur, obtulisset: quod denique aduersarii Nicomachi accusatio nullis argumentis aut probationibus niteretur, sed suæ affirmationi & fidei credi postularet. Genus causæ est Iudiciale, Status coniecturalis. Lysiæ esse Orationem indicat in x. Græciæ Oratoribus Photius in Bibliotheca, in Lysia.

Oleam *Mineruæ sacram fuisse, nemo est qui ignoret. Arbores olim fuere numinum templa, vt & Plinius asserit;* Prisco ritu (*inquit*) simplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant. *Eadem ratione Athenis varias fuisse oleas in agris Mineruæ dicatas satis constat, quas μορίας vocabant. Has, quod publicæ & sacræ essent, iis, in quorum agris erant, succidere aut carpere nō licebat. Quid per σηκὸν intelligendum sit, non parua quæstio*

est. Nonnulli σηκὸν idem significare volunt quod μορίαν: alii oleam frugiferam, *alii* oleæ ſacræ truncum; *quam poſtremam ſententiam nos ſecuti ſumus, tanquam huic loco conuenientem.*

1. *Taxatur in huius Orationis exordio quemadmodum & in eo, quod eſt* pro Callia, *calumniatorum fraus & improbitas; iuſtitiæ ſpecie multis negotium faceſſens, quæ è Græcia olim in Italiam translata eſt, & inde omnem Chriſtianæ Religionis populum peruagata. Adeo vt plerique litigandi libidine & ſe, & vxorem & liberos rebus ad vitam ſuſtentandam neceſſariis ſpolient, & cauſidicos ditent, & aduerſario moleſtiam exhibeant. Hinc multo feliciores Chriſtianis vociferatur Nicolaus Clenardus in Epiſtolis eſſe Feſenſes Africæ populum Mahumetanum; quod in vaſta vrbe nullus ſit aduocatus nullus procurator. Et glorîatur peregrinando ſe didiciſſe Prouerbium, quod adagioſus ille Eraſmus, vt ait, ignorauerat; nimirùm,* Opes perdunt Chriſtiani litigando; Iudæi conuiuiis feſtorum, Mauri celebrandis nuptiis.

Ita diſcordia res maximæ dilabuntur.

1. *Exordiũ ab aduerſariorum iniquitate.*

IN ea fui antehac opinione, Senatores, vt exiſtimarem licere volenti, & otium ſectanti ſine litibus & moleſtiis vitam agere: nunc autem ita inopinato in controuerſias, & calumnias iniquas incidi, vt putem etiam nondum natis, ſi fieri poſſit, futuros rerum caſus eſſe timendos; cùm diſcrimina videam eſſe æ-

ΠΡΟΤΕΡΟΝ μὲν, ὦ βουλὴ, ἐνόμιζον ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ, ἡσυχίαν ἄγοντι, μήτε δίκας ἔχειν, μήτε πράγματα· νυνὶ δὲ οὕτως ἀπροσδοκήτως αἰτίαις καὶ πονηροῖς συκοφάνταις περιπέπτωκα, ὥστ', εἴπως οἷόν τε, δοκεῖ μοι δεῖν, καὶ τοὺς μὴ γεγονότας ἤδη δεδιέναι περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι· διὰ γὰρ τοὺς τοιούτους οἱ κίνδυνοι

δυνοι οἱ κοινοὶ γίγνονται καὶ τοῖς μηδὲν ἀδικοῦσι καὶ τοῖς πολλὰ ἡμαρτηκόσιν. οὕτω δ' ἄπορος ὁ ἀγών μοι καθέστηκεν, ὥστε ἀπεγράφην τὸ μὲν πρῶτον, ἐλαίαν ἐκ τῆς γῆς ἀφανίζειν, καὶ πρὸς τοὺς ἐωνημένους τοὺς καρποὺς τῶν μοριῶν. † πυνθανόμενοι προσῄεσαν· ἐπειδὴ δ' ἐκ τούτου τοῦ τρόπου ἀδικοῦντά με οὐδὲν εὑρεῖν ἐδυνήθησαν, νυνί με σηκὸν * ἀφανίζειν ἡγούμενοι, ἐμοὶ μὲν ταύτην τὴν αἰτίαν ἀπορωτάτην εἶναι ἀποδεῖξαι, αὐτοῖς δὲ ἐξεῖναι μᾶλλον ∴ ὅ, τι ἂν βούλωνται λέγειν. καὶ δεῖ με, περὶ ὧν οὗτος ἐπιβεβουλευκὼς " ἥκει, ἀλλ' ὑμῖν τοῖς διαγνωσομένοις περὶ τοῦ πράγματος * ἀκούσαντας καὶ περὶ τῆς πατρίδος, καὶ περὶ οὐσίας ἐμὲ ἀγωνίζεσθαι. ὅμως δὲ πειράσομαι ἐξ ἀρχῆς ὑμᾶς διδάξαι.

qualia, tam iis qui nihil commiſerunt, quàm qui in multis deliquerunt. Equidẽ admodum perplexus in cauſa hac hæreo, qui delatus ſum inprimis quod oliuam arborem è fundo meo ſuſtulerim, & publicarum præterea oliuarum fructus ab aliis redẽtos perceperim. Atq; hac quidẽ de re quęstione instituta [ad tribunal] acceſſerant: Poſtquã vero hoc modo, in nullo me delicto deprehẽdere potuerũt, nunc ſacræ Oliuæ truncum me ſuſtuliſſe cauſantur, exiſtimãtes hanc controuerſiã ad refellẽdum mihi fore inextricabilem; ſibiq; in ea quiduis fingendi licentiã dari. Ac oportet me, ad hæc, quæ diuturna hic fraude machinatus eſt, [ſubito reſpondere]: ſed vobis decernendi ius habentib. ſupplico, vt̃ negotio audito, veſtram mihi beneuolẽtiam præſtetis, quem de patria & vniuerſis facultatib. in diſcrimẽ vocari intelligitis. Quare ab ipſo rei exordio rem omnem vos docere conabor.

Propoſitio.

Beneuolentiæ petitio.

II. *Narratio.*

Fuit hoc prædium Piſandri, cuius facultatibus publicatis, Apollodorus Megarenſis à populo dono accepit; quod, cum ipſe alias ſemper coluiſſet, paulo ante ipſos triginta Anticles de ipſo emit, & colendum locauit; ego vèro de Anticle pace iam facta emebam. Ego igitur meum eſſe arbitror, Senatores, vobis demonſtrare, quod, quamdiu prædii dominus fui, neq; oliua, neque ſacræ oliuæ truncus in eo fuerit. Exiſtimo enim, etſi olim ibi publicæ fuiſſent oliuæ, prioris temporis delicta mihi merito nō eſſe luenda. Quod ſi per me nullæ [oliuæ] ſint ſublatæ, non eſt quod ob aliena peccata velut iniqui periclitemur. Omnes enim noſtis quod bello omnium aliorum quoq; malorum fonte & origine infeſtati fuerimus; &, quæ longius aberrant, à Lacedæmoniis refecta ſint; quæ vero propius, à noſtris directa. Itaque non video qua ratione æquum

ἦν μὲν γὰρ τοῦτο Πεισάνδρου τὸ χωρίον. δημευθέντων τῶν ὄντων ἐκείνου, Ἀπολλόδωρος ὁ Μεγαρεὺς δωρεὰν παρὰ τοῦ δήμου λαβὼν, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ἐγεώργει, ὀλίγῳ δὲ πρὸ τῶν τριάκοντα, Ἀντικλῆς παρ' αὐτοῦ πριάμενος ἐξεμίσθωσεν· ἐγὼ δὲ παρ' Ἀντικλέους εἰρήνης οὔσης ὠνούμην. ἡγοῦμαι τοίνυν, ὦ βουλὴ, ἐμὸν ἔργον, ἀποδεῖξαι ὡς ἐπειδὴ τὸ χωρίον ἐκτησάμην, οὔτ' ἐλαία οὔτε σηκὸς ἦν ἐν αὐτῷ. νομίζω γὰρ τοῦ μὲν προτέρου χρόνου, οὐδ' εἰ πάλαι ἐνῆσαν μορίαι, οὐκ ἂν δικαίως ζημιοῦσθαι. εἰ γὰρ μὴ δι' ἡμᾶς εἰσιν ἠφανισμέναι, οὐδὲν προσήκει περὶ τῶν ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων ὡς ἀδικοῦντας κινδυνεύειν. πάντες γὰρ ἐπίστασθε ὅτι πόλεμος καὶ ἄλλων πολλῶν αἴτιος κακῶν γεγένηται· καὶ τὰ μὲν πόρρω, ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐτέμνετο· τὰ δ' ἐγγὺς, ὑπὸ τῶν φίλων διηρπάζετο. ὥστε πῶς ἂν δικαίως ὑπὲρ

ὑπὲρ τῶν τῇ πόλει γεγενημένων συμφορῶν ἐγὼ νυνὶ δίκην διδοίην; ἄλλωστε καὶ τούτου τὸ χωρίον ἐν τῷ πολέμῳ δημευθὲν, ἄπρατον ἦν πλείονα ἢ τρία ἔτη. οὐ θαυμαστὸν εἰ τότε τὰς μορίας ἐξέκοπτον, ἐν ᾧ οὐδὲ τὰ ἡμέτερα αὐτῶν φυλάττειν ἠδυνάμεθα. ἐπίστασθε δὲ, ὦ βουλὴ, ὅσοι μάλιστα τῶν τοιούτων ἐπιμελεῖσθε, πολλὰ ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ δασέα ὄντα ἰδίαις ἐλαίαις καὶ μορίαις, ὧν νῦν τὰ πολλὰ ἐκκέκοπται, καὶ ἡ γῆ ψιλὴ γεγένηται. καὶ τῶν αὐτῶν καὶ ἐν τῇ εἰρήνῃ καὶ ἐν τῷ πολέμῳ κεκτημένων, οὐκ "ἀξιοῦται παρ᾽ αὐτῶν, ἑτέρων ἐκκοψάντων, δίκην λαμβάνειν. καίτοι εἰ τοὺς διὰ παντὸς τοῦ χρόνου γεωργοῦντας τῆς αἰτίας ἀφίετε, ἦπου χρὴ τούς γ᾽ ἐν τῇ εἰρήνῃ πριαμένους ἀφ᾽ ὑμῶν, ἀζημίους γενέσθαι. ἀλλὰ γὰρ, ὦ βουλὴ, περὶ μὲν τῶν πρότε-

censeri queat, vt ego pro Reip. incommodis nunc pœnas pendam; præsertim cum hoc prædium ipso belli tempore publicatum, nulli fuerit mancipatum per trium annorum spacium, & eo amplius. Nec mirum cuiquã videri debet, publicas oliuas eo tempore esse excisas, quo ne priuata quidem seruare quispiã potuit. Nostis enim, vos Senatores, quibus hæc maximè curæ sunt, multa eo tempore loca & priuatis & publicis oliuis obsita fuisse; quarum nunc magna pars excisa est; ita vt terra nuda reperiatur. Neq; quisquam vestrum de eis pœnas sumere conatur; qui, aliis succidentibus, easdẽ siue pacis siue belli tempore possederũt. Quare, si eos qui semper [loca illa coluerunt, quæ nunc oliuis nudata nonnulli queruntur] absoluitis: multo magis, qui pacis tempore à vobis redemerunt, indemnes præstare oportet. De his igitur quę antea acto tempo-

re contigerunt, quamuis multa queam dicere, hæc tamen sufficere arbitror.

III. Ego vero, accepto hoc prædio, quinque diebus nondum transactis, locaui Callistrato, Archonte Pythodoro; qui duos id annos coluit, nec vllã oleam siue priuatam siue publicam, ac ne oleæ quidem truncũ inuenit. Tertio vero anno * Demetrius, qui mortuus est, annum vnum coluit. At quarto, Alciæ Antisthenis liberto, vt ante solebam, locaui; qui & ad tres annos exercuit. Quarum rerum testes accedant.

TESTES. Insequenti autem tempore ipsemet in eo colendo me exercui. At dicit accusator, Suniade Archõte seu Principe, oliuæ truncum à me esse succisum. Qui autẽ priores coluerunt, & multos annos à me cõduxerũt; testimoniũ apud vos dixerunt, nullũ oliuæ truncum fuisse in prædio. Nec video quomodo apertius mendacii argui queat aduersarius. Fieri enim non

Confirmatio suæ causæ, & aduersarii confutatio à testibus.

ρον γεγενημένων πολλὰ ἔχων εἰπεῖν, ἱκανὰ νομίζω τὰ εἰρημένα. ἐπειδὴ δ' ἐγὼ παρέλαβον τὸ χωρίον, πρὶν ἡμέρας πέντε γενέσθαι, ἀπεμίσθωσα Καλλιστράτῳ, ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος. δύο δ' ἔτη ἐγεώργησεν, οὔτε ἰδίαν ἐλαίαν, οὔτε μορίαν, οὔτε σηκὸν παραλαβών· τρίτῳ δὲ ἔτει Δημήτριος * οὑτοσὶ εἰργάσατο ἐνιαυτόν· τῷ δὲ τετάρτῳ Ἀλκίᾳ Ἀντισθένους ἀπελευθέρῳ ἐμίσθωσα (ὃς † τέθνηκε) ταῦτα τρία ἔτη. ὁμοίως καὶ " πρότερον [ἐμισθώσατο] καί μοι δεῦρο ἴτε μάρτυρες.

Ἐπειδὴ τοίνυν ὁ χρόνος οὗτος ἐξήκει, αὐτὸς γεωργῶ. φησὶ δὲ ὁ κατήγορος, ἐπὶ Σουνιάδου ἄρχοντος σηκὸν ὑπ' ἐμοῦ ἐκκεκόφθαι. ὑμῖν δὲ μεμαρτυρήκασιν οἱ πρότερον ἐργαζόμενοι, καὶ πολλὰ ἔτη παρ' ἐμοῦ μεμισθωμένοι, μὴ εἶναι σηκὸν ἐν τῷ χωρίῳ. καίτοι "πῶς ἄν τις μᾶλλον φανερῶς ἐξελέγξειε ψευδόμενον τὸν κατήγορον;

σιόν τε, ἃ πρότερον μὴ ἦν, ταῦτα τὸν ὕστερον ἐργαζόμενον ἀφανίζειν. ἐγὼ τοίνυν, ὦ βουλή, ἐν μὲν τῷ τέως χρόνῳ, ὅσοι με φάσκοιεν δεινὸν εἶναι καὶ ἀκριβῆ καὶ οὐδὲν ἂν εἰκῇ καὶ ἀλογίστως ποιῆσαι, ἠγανάκτουν ἂν, ἡγούμενος μᾶλλον λέγεσθαι ὥς μοι προσῆκε· νῦν δὲ πάντας ἂν ὑμᾶς βουλοίμην περὶ ἐμοῦ ταύτην τὴν γνώμην ἔχειν, ἵνα ἡγῆσθέ με σκοπεῖν, εἴπερ τοιούτοις ἔργοις ἐπεχείρουν, καὶ ὅ, τι κέρδος ἐγένετο τῷ ἀφανίζοντι, καὶ ἥτις ζημία τῷ ποιήσαντι· καὶ τί ἂν λαθὼν διεπραξάμην, καὶ τί ἂν φανερὸς γενόμενος ὑφ᾽ ὑμῶν ἔπασχον. πάντες γὰρ ἄνθρωποι τὰ τοιαῦτα οὐχ ὕβρεως, ἀλλὰ κέρδους ἕνεκα ποιοῦσι. καὶ ὑμᾶς εἰκὸς οὕτω σκοπεῖν, καὶ τοὺς ἀντιδίκους ἐκ τούτων τὰς κατηγορίας ποιεῖσθαι, ἀποφαίνοντες ἥτις ὠφέλεια τοῖς ἀδικήσασιν ἐγένετο. οὗτος μέντοι οὐκ

poteſt, vt, quæ anteacto tempore nõ erant, ab eis ſublata ſint, qui inſequẽti tempore coluerunt. Equidem, Senatores, lapſo pridem tempore, ſi qui me dixiſſent ſeriũ & circumſpectum eſſe, nec quicquam temere ac inconſideratè feciſſe indignatus fuiſſem; quod nequaquã mihi conuenientia [de me] dici exiſtimaſſem: nunc autem optarim vos omnes ita de me ſentire; vt arbitremini, præmeditari me ſolere, vtrum tale quid conandum eſſet; & quid lucri ſperandũ tollenti, quidq; damni, ſi quis id perfeciſſet: Quid, nemine cõſcio aſſequutus fuiſſem; & qua pœna afficiendus vobis, ſi deprehẽſus fuiſſem. Quicunq; enim tale quid aggreditur, non cõtumeliæ, ſed lucri cauſa id facit. Ac de his ita vos iudicare æquũ eſſet, atq; ex his oporteret aduerſarios noſtros ſibi ſumere probationes & agumẽta, & declarare quid vtiliatis delinquentes inde percepiſſent. At hic nulla ratio-

Quod nulla fuerit ſpes commodorum.

IV.

ne demonſtrauerit, aut præ inopia me tale quid moliri coactum eſſe, aut prædium ob oliuam ibi creſcentē deterius fuiſſe, aut vitibus impedimenti aliquid attuliſſe, aut vicinitate ſua domui nocuiſſe, aut inſcium periculorū (quæ ob hæc commiſſa erant ſubeunda) variis modis acerbè mulctandū me vobis præbuiſſe: qui imprimis de die ſacræ oliuæ truncū ſucciderim; quaſi nullum ignorare, ſed omnes Athenienſes id ſcire oportuerit. Et ſi quidem hoc negotiū ſolam ſibi turpitudinem haberet adiunctam, potuiſſet fortaſſe quiſpiam præſentiam aliorum non vereri: nunc autem non de turpitudine & dedecore, ſed grauiſſima mulcta agebatur. Et quis non videt me omnium, qui vnquam vixerunt, futurum fuiſſe miſerrimum, ſi miniſtros meos nō amplius ſeruos, ſed dominos reliqua omni vita eram habiturus, cùm talis facinoris mihi fuiſſent conſcii.

Quod non dubia incōmoda erant exſpectanda.

ἂν ἔχοι ἀποδεῖξαι, οὔθ' ὡς ὑπὸ πενίας † ἠναγκάσθην τοιούτοις ἔργοις ἐπιχειρεῖν, οὔθ' ὡς τὸ χωρίον μοι διαφθείρεται τοῦ σηκοῦ ὄντος, οὔθ' ὡς ἀμπέλοις ἐμποδὼν ἦν, οὔθ' ὡς οἰκίας ἐγγύς· οὔθ' ὡς ἐγὼ ἄπειρος τῶν παρ' ὑμῖν κινδύνων, εἴ τι τούτων ἔπραττον, πολλὰς ἂν καὶ μεγάλας ἐμαυτῷ ζημίας γιγνομένας ἀποφήναιμι· ὃς πρῶτον μὲν μεθ' ἡμέραν ἐξέκοπτον τὸν σηκόν, ὥσπερ οὐ πάντας λαθεῖν δέον, ἀλλὰ πάντας Ἀθηναίους εἰδέναι. καὶ εἰ μὲν αἰσχρὸν ἦν μόνον τὸ πρᾶγμα, ἴσως ἄν τις τῶν παριόντων ἠμέλησε· νῦν δ' οὐ περὶ αἰσχύνης, ἀλλὰ τῆς μεγίστης ζημίας ἐκινδύνευον. πῶς δ' οὐκ ἂν ἦν ἀθλιώτατος ἀνθρώπων ἁπάντων, εἰ τοὺς ἐμαυτοῦ θεράποντας, μηκέτι δούλους ἔμελλον ἕξειν, ἀλλὰ δεσπότας, τὸν λοιπὸν βίον, τοιοῦτον ἔργον συνειδότας;

ὥστε

ὥστε εἰ καὶ τὰ μέγιστα εἰς ἐμὲ ἐξημάρτανον, οὐκ ἂν οἷόν τε ἦν δίκην με παρ᾽ αὐτῶν λαμβάνειν. εὖ γὰρ ἂν εἰδεῖεν ὅτι ἐπ᾽ ἐκείνοις ἦν καὶ ἐμὲ τιμωρήσασθαι, καὶ αὐτοῖς μηνύσασιν, ἐλευθέροις γενέσθαι. ἔτι τοίνυν εἰ τῶν εἰκότων παρέστη μοι μηδὲν φροντίζειν, πῶς ἂν ἐτόλμησα, τοσούτων μεμισθωμένων, καὶ ἁπάντων συνειδότων, ἀφανίσαι τὸν σηκόν, βραχέος μὲν κέρδους ἕνεκα, προθεσμίας δὲ οὐδεμιᾶς οὔσης τῷ κινδύνῳ, τοῖς εἰργασμένοις ἅπασι τὸ χωρίον, ὁμοίως προσῆκον εἶναι σῶον τὸν σηκόν· ἵν᾽ εἴ τις αὐτοὺς ἠτιᾶτο, εἶχον ἂν ἐνεγκεῖν ὅτῳ παρέδοσαν. νῦν δὲ καὶ ἐμὲ ἀπολύσαντες φαίνονται, καὶ σφᾶς αὐτούς, εἴπερ ψεύδονται, μετόχους τῆς αἰτίας καθιστάντες. εἰ τοίνυν καὶ ταῦτα παρεσκευασάμην, πῶς ἂν οἷός τ᾽ ἦν πάντας πεῖσαι τοὺς παριόντας, ἢ τοὺς γείτονας, οἳ οὐ μόνον ἀλλήλων ταῦτ᾽ ἴσασιν ἃ πᾶσιν ὁ-

qui etsi grauissime in me peccassent, nullam tamẽ de istis pœnam mihi sumere licuisset. Certo enim sciuissem, in ipsorum esse potestate, & de me supplicium sumere, & se, indicio facto, in libertatem vindicare. Præterea, IV.
etsi nihil horum, quæ timere par erat, veritus essem; qua ratione ausus fuissem, tot conductitiis operis, eisq; omnibus mihi consciis, tollere sacræ oleæ truncum, cum lucrũ esset exiguum; periculum verò immensum: quod omnium eorũ, qui prædium coluerant, interesset, oliuam custodire saluam; vt, si à quopiam accusati fuisset, dicere possent, cui per manus tradidissent. Qui nunc & me, vt apparet, absoluunt, & se, si modo mentiantur, culpæ reos constituunt. Si vero hæc ita à me subornata sunt; quî fieri potuit, vt omnib. idem persuaserim & præsentibus & vicinis; quibus nõ solùm hæc inter ipsos nota sunt, quæ cuiusq; conspe-

ctu patent; verùm etiam illa cognoſcuntur, quæ, ne cuipiam innoteſcant, celare conamur. Horum autem alii erant amici, alii propter diſſidia à me alieni. Ex quibus ipſi erant adducendi teſtes, nec ſufficiebat ita temere accuſare, dicendo, quod ego aſtiterim & famuli ſtirpem exciderint: Is autem qui rei caput erat, negotio aliis commiſſo, auectiſque lignis, diſceſſerit. At, ô Nicomache, oportebat te, teſtibus iis, qui tunc præſentes erant, citatis, rem omnem facere euidentem; quò & omnẽ excuſationis anſam mihi præripias, & me tuum inimicum hoc modo vlciſcaris: aut, ſi Reipublicæ cauſa hæc facias, vt ne, me conuicto, videaris ſycophantam agere: aut, ſi lucrum ſpectes, id non exiguum conſequare. Re enim probata, nullam aliam ſalutis rationem inire potuiſſem, quàm ſi te
V. placaſſem. Horum au-

Declarat aduerſarii accuſationẽ nullis fulciri argumẽtis.

ὁρᾶν ἔξεστιν, ἀλλὰ καὶ περὶ ὧν ἀποκρυπτόμεθα μηδένα εἰδέναι, καὶ περὶ ἐκείνων πυνθάνονται; ἐμοὶ τοίνυν τούτων οἱ μὲν, φίλοι, οἱ δὲ, διάφοροι περὶ τῶν ἐμῶν τυγχάνουσιν ὄντες. οὓς ἐχρῆν τούτων παρασχέσθαι μάρτυρας, καὶ μὴ μόνον οὕτω τολμηρὰς κατηγορίας ποιεῖσθαι· ὅς φησιν ὡς ἐγὼ μὲν παρειστήκειν, οἱ δ' οἰκέται ἐξέτεμνον τὰ πρέμνα. ἀναθέμενος δὲ ὁ βουλύτης ᾤχετο, ἀπάγων τὰ ξύλα. καίτοι, ὦ Νικόμαχε, χρῆν σε τότε καὶ παρακαλεῖν τοὺς παρόντας μάρτυρας, καὶ φανερὸν ποιεῖν τὸ πρᾶγμα· καὶ ἐμοὶ μὲν οὐδεμίαν ἂν ἀπολογίαν ἀπέλιπες, αὐτὸς δὲ, εἰ μέν σοι ἐχθρὸς ἦν, ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ ἦσθα ἄν με τετιμωρημένος· εἰ δὲ τῆς πόλεως ἕνεκα ἔπραττες, οὕτως ἐξελέγξας, οὐκ ἂν ἐδόκεις εἶναι συκοφάντης· εἰ δὲ κερδαίνειν ἐβούλου, τότ' ἂν πλεῖστον ἔλαβες. φανεροῦ γὰρ ὄντος τοῦ πράγματος, οὐδεμίαν ἄλλην ἡγούμην ἂν εἶναί μοι σωτηρίαν ἢ σε πεῖσαι. τούτων

τοίνυν

τοίνυν οὐδὲν ποιήσας, διὰ τοὺς σοὺς λόγους ἀξιοῖς με ἀπολέσθαι; καὶ κατηγορεῖς ὡς ὑπὸ τῆς ἐμῆς δυνάμεως καὶ τῶν ἐμῶν χρημάτων οὐδεὶς ∴ ἐθέλει σοι μαρτυρεῖν. [καίτοι εἰ φὴς μὴ δεῖν τὴν μορίαν ἀφανίζοντα, τοὺς ἐννέα ἄρχοντας ἀπήγαγες, ἢ ἄλλους τινὰς τῶν ἐξ Ἀρείου πάγου, οὐκ ἂν ἑτέρων ἔδει σοι μαρτύρων. οὕτω γὰρ ἂν σοι συνῄδεσαν ἀληθῆ λέγοντι, οἵπερ καὶ διαγινώσκειν ἔμελλον περὶ τοῦ πράγματος] δεινότατα οὖν πάσχω· ὅς, εἰ μὲν παρέσχετο μάρτυρας, τούτοις ἂν ἠξίου πιστεύειν· ἐπειδὴ δ' οὐκ εἰσὶν αὐτῷ, ἐμοὶ καὶ ταύτην τὴν ζημίαν οἴεται χρῆναι γενέσθαι. καὶ τοῦτο μὲν οὐ θαυμάζω. οὐ γὰρ δή που συκοφαντῶν ἄλλα, τοιούτων γε λόγων ἀπορήσει. *[καὶ μαρτύρων.] ὑμᾶς δ' οὐκ ἀξιῶ τὴν αὐτὴν τούτῳ γνώμην ἔχειν. ἐπίστασθε γὰρ ἐν τῷ πεδίῳ πολλὰς μορίας οὔσας, καὶ πυρκαϊὰς ἐν τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐμοῖς χωρίοις.

tem cùm nihil feceris, tua accusatione me perdere voluisti, & conquereris quod, propter meam potentiam & facultates, nemo velit aduersum me testimonium dicere. Atqui †si contendere pergas nõ extirpandam fuisse sacrã oliuam, [respondeo] aut nouem magistratus, aut ex Ariopago aliquos tibi appellandos fuisse: ita enim aliis tibi testibus non fuisset opus, si illi, quorum erat hac de re iudicare, tibi veritatis conscii fuissent. Iniquissima itaque vrgeor controuersia; quod, si testes exhibuisset, his fidẽ adhiberi voluisset; nunc quia nullos habet, mihi id esse damno putet oportere. Nec mirum id mihi videtur: neque enim, qui cætera tam impudẽter calumniatur, tali oratione abstinebit. *Vos autem in alia, quàm hunc, esse sententia existimo. Nostis enim cùm in agris, tum in aliis meis prædiis multas oliuas publicas foco esse idoneas:

Hæc aliquã-do omittenda censui; quod, his resectis, optimè sequentia cohæreant præcedẽtib.

*

quas, si libuisset, eo tutius
mihi licuisset succidere &
tollere, & locum arationi
idoneũ efficere; quo mi-
nus periculi erat, ne cri-
men palàm fieret; quod
multæ aliæ essent eodem
in loco oliuæ. Nunc au-
tem non minori mihi cu.
ræ sunt, quàm * alię; quod
existimarem, ex ambabus
mihi imminere periculũ.
Cuius rei vos ipsos mihi
testes aduocabo, qui sine
harum cura, nullũ men-
sem transire sinitis; qui &
magistratus vestros re-
cognitionis causa quot-
annis mittitis: quorũ nul-
lus me vnquam mulcta-
uit, quod loca publicis o-
liuis viciniora arauerim.
At si exiguas mulctas ita
magni facio [vt studiosè
eas vitem] nequaquam
sanè capitis pericula con-
temnenda duco. Et cùm
multæ aliæ oliuæ, in quas
tutius peccare licebat, tã-
tæ mihi curæ esse appa-
reant; nunc, quod publi-
cam oliuam sustulerim,
in iudicium vocor, quam
VI. clanculum succidere nũ-
quam potuissem. At v-

ἃς εἴπερ ἐπεθύμουν πολὺ ἦν ἀσφαλέστερον καὶ ἀφανίσαι καὶ ἐκκόψαι, καὶ ἐπεργάσασθαι, ὅσῳ περ ἧττον τὸ ἀδίκημα, πολλῶν οὐσῶν, ἔμελλε δῆλον ἔσεσθαι. νῦν δὲ οὕτως αὐτὰς περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι, ὥσπερ “ καὶ τὴν ἄλλην οὐσίαν, ἡγούμενος περὶ ἀμφοτέρων τούτων εἶναί μοι τὸν κίνδυνον. αὐτοὺς τοίνυν ὑμᾶς τούτων μάρτυρας παρέξομαι, ἐπιμελομένους μὲν ἑκάστου μηνὸς, γνώμονας δὲ πέμποντας καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν· ὧν οὐδεὶς πώποτε ἐζημίωσεν ὡς ἐργαζομένους τὰ περὶ τὰς μορίας χωρία. καίτοι οὐ δήπου τὰς μὲν μικρὰς ζημίας οὕτω περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι, τοὺς δὲ περὶ τοῦ σώματος κινδύνους οὕτω περὶ οὐδενὸς ἡγοῦμαι· καὶ τὰς μὲν πολλὰς ἐλαίας, εἰς ἃς ἐξῆν μᾶλλον ἐξαμαρτάνειν, οὕτω θεραπεύων φαίνομαι, τὴν δὲ μορίαν ἣν οὐχ οἷόν τ' ἦν λαθεῖν ἐξορύξαντα, ὡς ἀφανίζων, νυνὶ κρίνομαι. πότερον

δέ μοι

δέ μοι κρεῖττον ἦν, ὦ βουλή, δημοκρατίας οὔσης παρανομεῖν, ἢ ἐπὶ τῶν τριάκοντα; καὶ οὐ λέγω ὡς τότε δυνάμενος, ἢ ὡς νῦν διαβεβλημένος, ἀλλ' ὡς τῷ βουλομένῳ τότε μᾶλλον ἐξῆν ἀδικεῖν ἢ νυνί. ἐγὼ τοίνυν οὐδ' ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ οὔτε τοιοῦτο οὔτε ἄλλο οὐδὲν κακὸν ποιήσας φανήσομαι. πῶς δ' ἄν, εἰ μὴ πάντων ἀνθρώπων ἐμαυτῷ κακονούστατος ἦν, ὑμῶν οὕτως ἐπιμελουμένων, ἐκ τούτου τὴν μορίαν ἀφανίζειν ἐπεχείρησα τοῦ χωρίου, ἐν ᾧ δένδρον μὲν οὐδὲ ἕν ἐστι, μιᾶς δὲ ἐλαίας σηκὸς, ὡς οὗτός φησιν εἶναι· κυκλόθεν δὲ ὁδὸς περιέχει· ἀμφοτέρωθεν δὲ γείτονες περιοικοῦσιν. ἄερκτον δὲ καὶ πανταχόθεν κάτοπτόν ἐστιν. ὥστε τίς ἂν ἀπετόλμησε, τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐπιχειρῆσαι τοιούτῳ πράγματι; δεινὸν δέ μοι δοκεῖ εἶναι, ὑμᾶς μὲν, οἷς ὑπὸ τῆς πόλεως τὸν ἅπαντα χρόνον προστέτακται τῶν μοριῶν ἐ-

1\. CONSIDERATE igitur, Iudices, & quinam ciues ſint, & quibus in rebus læſi; pro quibus, vt eos & veſtra miſericordia, & æquitate ipſa dignemini, rogamus. Neque enim tantum de facultatibus, ſed etiam de ciuitatis iure agitur; An ſtatu populari mihi ius ſit frui. Inprimis igitur patrui noſtri Niciæ recordamini: Illum enim in omnibus, quæ ſua induſtria pro veſtro populo geſſit, inuenietis vbique, & multorum priuatim bonorum auctorem fuiſſe, & hoſtes multis cladibus affeciſſe. Quæ verò ipſe non ſtudio fecit, ſed inuitus moliri coactus eſt, eorum incommodi partem non minimam ipſe ſenſit; cauſſam verò calamitatis rectè imputare poteſtis, à quibus ita fuiſtis perſuaſi; quandoquidem ſuam erga vos beneuolentiam & in veſtris rebus ſecundis, & in

Quamuis præcipua huius orationis pars deſideretur, aliquãto tamen plus in his reliquiis inuenitur, quàm epilogi ratio patitur.

Suorũ propinquorum erga populũ beneuolentiam declarat.

II. hostium aduersis satis declauit. Militię n. dux multas cepit vrbes, multa quoque & insignia aduersus hostes statuit trophæa, quæ singulatim recensere, difficile esset. Atq; Eucrates quidẽ frater eius, & pater meus vltima adhuc pugna nauali, luculentum animi sui studiũ erga populũ demonstrauit. Nobis enim victis, ipse Dux exercitus à vobis creatus, & ab eis, qui popularem statum oderant, vt se paucorum Principatui adiungeret, inuitatus ipsis acquiescere noluit. Et quamuis ea ipsi esset temporis opportunitas, qua plerique hominum ducti præsentibus se accommodant, & fortunæ cedunt; populo aduersa fortuna laborante, non exclusus Republ. [quam nonnulli meditabantur] neque priuato vllo odio ab eis alienatus, qui futuram Rempubl. erant obtenturi: sed patente ipsi ad triginta viratum aditu, in quo potentia nullo inferior fuerat habẽdus;

Priuata publicis posthabuit, & vitã Reipu. impendit tã patruus Nicias, quàm Niceratus ex fratre Nicia nepos.

ἐχθρῶν ἐπέδειξε. στρατηγῶν γὰρ πολλὰς μὲν πόλεις εἷλε, πολλὰ δὲ καὶ καλὰ κατὰ τῶν πολεμίων ἔστησε τρόπαια· ὧν καθ' ἓν ἕκαστον πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν. Εὐκράτης τοίνυν, ἀδελφὸς μὲν ὢν ἐκείνου, πατὴρ δὲ ἐμός, ἤδη τῆς τελευταίας ναυμαχίας γεγενημένης φανερὰν ἐπεδείξατο τὴν εὔνοιαν, ἣν εἶχε περὶ τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον. ἡττημένων γὰρ ἐν ναυμαχίᾳ, στρατηγὸς ὑφ' ὑμῶν ᾑρημένος, καὶ παρακαλούμενος μετέχειν τῆς ὀλιγαρχίας ὑπὸ τῶν ἐπιβουλευόντων τῷ πλήθει, οὐκ ἠθέλησεν αὐτοῖς πείθεσθαι. ἐν τοιούτῳ καιρῷ ληφθείς, ἐν ᾧ οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων καὶ μεταβάλλονται πρὸς τὰ παρόντα, καὶ ταῖς τύχαις εἴκουσι, δυστυχοῦντος τοῦ δήμου· οὐκ ἀπελαυνόμενος τῆς πολιτείας, οὐδ' ἰδίας ἔχθρας ὑπαρχούσης πρὸς τοὺς ἄρξειν μέλλοντας· ἀλλ' ἐξὸν αὐτῷ καὶ τῶν τριάκοντα γενέσθαι, καὶ μηδενὸς ἔλαττον δύνασθαι,

μᾶλλον

μᾶλλον εἵλετο πράττων ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ἀπολέσθαι, ἢ ἐπιδεῖν τείχη καθαιρούμενα, καὶ τὰς ναῦς τοῖς πολεμίοις παραδιδομένας, καὶ τὸ ὑμέτερον πλῆθος καταδεδουλωμένον. καὶ οὐ πολλῷ χρόνῳ ὕστερον Νικήρατος, ἀνεψιὸς ὢν ἐμὸς, καὶ υἱὸς Νικίου, εὔνους ὢν τῷ ὑμετέρῳ πλήθει, συλληφθεὶς ὑπὸ τῶν τριάκοντα ἀπέθανεν· οὔτε γένει, οὔτε οὐσίᾳ, οὔθ' ἡλικίᾳ δοκῶν ἀνάξιος εἶναι τῆς πολιτείας μεταχεῖν. ἀλλὰ τοιαῦτα ἐνόμιζε τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ πρὸς τὸ ὑμέτερον πλῆθος εἶναι, καὶ διὰ τοὺς προγόνους καὶ αὐτὸν, ὥστε οὐκ ἄν ποθ' ἑτέρας ἐπιθυμῆσαι πολιτείας. συνῄδεσαν γὰρ ἅπασιν αὐτοῖς ὑπὸ τῆς πολιτείας τιμωμένοις, καὶ πολλαχοῦ μὲν ὑπὲρ ὑμῶν κεκινδυνευκόσι, μεγάλας δ' εἰσφορὰς εἰσενηνοχόσι, καὶ λελειτουργηκόσι κάλλιστα· καὶ τῶν ἄλλων οὐδενὸς πώποτ' ἀποστᾶσιν,

maluit tamen in Reipub. administratione pro vestra salute mori, q̃ muros spectare deiectos, naues hostibus traditas, & vestram plebem in seruitutem redactam. Nec longo tempore post Niceratus ex fratre Nicia nepos meus populi studiosus ab ipsis triginta cõprehensus occubuit. Qui cùm neq; genere, neq; censu, neq; ætate Reipub. administratione videretur indignus; tanti tamen fecit eam, quæ vobiscum ipsi intercedebat cõiunctionem, tam à maioribus eius, quàm ab ipso sincerè cõseruatam; vt alius Reipublicæ status nulla vnquam ratione animo eius placere potuerit. Omniũ enim ipsorum animis infixum erat, quod à Rep. honoris insignia accepissent; quod pro vobis passim se periculis obiecissent; quod tributa grauia pependissent, & variis munerib. cũ laude functi essent; quod nihil eorum vnquam subterfugissent,

quæ Respubl. ipsis imperauerat, sed lubenti animo munia sustinuissent.

III. Et quinam, quæso, nobis queant esse infeliciores, si in oligarchia pereamus, quod nostrã populo beneuolentiã exhibeamus: in Democratia verò, ꝙ populo iniqui esse videamur, facultatibus spoliemur?

A contrariis.

1. Diogenetus sanè, Iudices, calumniis circũuentus à quibusdam sycophantis in exsuliũ profectus est: sed ipse cum paucis aliis profugis neq; contra Rempubl. arma sumsit, neque Deceliam profectus est, neque aliquid ab ipso mali vestro populo exortum est, neque post exsulium, neq; post reditũ: sed eò probitatis peruenerat, vt eis magis succenseret, qui in eos delinquerent, quàm qui ipsi caussa * discessus fuissent. Et in Oligarchia quidem ipse nullo magistratu functus est; sed, cùm primum Lacedæmonii & Pausanias in Academiam venerãt, sumto Nicerati filio, ac no-

Diogeneti æquitas & animi moderatio.

ὧν ἡ πόλις αὐτοῖς προσέταξεν, ἀλλὰ προθύμως λειτουργοῦσι. καίτοι τίνες ἂν ἡμῶν εἴησαν δυστυχέστεροι, εἰ ἐν μὲν τῇ ὀλιγαρχίᾳ ἀποθνήσκοιμεν, εὖνοι ὄντες τῷ πλήθει, ἐν δὲ τῇ δημοκρατίᾳ ὡς κακοὶ ὄντες τῷ πλήθει, ἀποστεροίμεθα τῶν ὄντων; καὶ μὲν δή, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ Διόγνητος διαβληθεὶς μὲν ὑπὸ τῶν συκοφαντῶν, φεύγων ᾤχετο, μετ' ὀλίγων δὲ τῶν ἐκπεπλωκότων οὔτ' ἐπὶ τὴν πόλιν ἐστρατεύσατο, οὔτ' εἰς Δεκέλειαν ἀφίκετο· οὐδ' ἔστιν ὅτου κακοῦ αἴτιος, οὔτε φυγὼν, οὔτε κατελθὼν, τῷ ὑμετέρῳ πλήθει γεγένηται· ἀλλ' εἰς τοῦτ' ἀρετῆς ἦλθεν, ὥστε μᾶλλον ὠργίζετο τοῖς εἰς ὑμᾶς ἡμαρτηκόσιν, ἢ τοῖς αὑτοῦ τῆς * καθόδου αἰτίοις γεγενημένοις. καὶ ἀρχὴν μὲν οὐδεμίαν ἦρξεν ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ· ἐπειδὴ δὲ τάχιστα ἦλθον εἰς τὴν Ἀκαδημίαν Λακεδαιμόνιοι καὶ Παυσανίας, λαβὼν τὸν Νικηράτου καὶ ἡμᾶς

μᾶς παῖδας ὄντας, ἐκεῖνον μὲν κατέθηκεν ἐπὶ τοῖς γόνασι τοῖς Παυσανίου, ἡμᾶς δὲ παραστησάμενος, ἔλεγε πρὸς ἐκεῖνον καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς παρόντας ὅσα εἴημεν πεπονθότες, καὶ οἵαις τύχαις κεχρημένοι· καὶ ἠξίου Παυσανίαν βοηθῆσαι, καὶ διὰ τὴν φιλίαν καὶ διὰ τὴν ξενίαν τὴν ὑπάρχουσαν, καὶ τιμωρὸν γενέσθαι τῶν εἰς ἡμᾶς ἡμαρτηκότων. ὅθεν Παυσανίας ἤρξατο εὔνους εἶναι τῷ δήμῳ, παράδειγμα ποιούμενος πρὸς τοὺς ἄλλους Λακεδαιμονίους, τὰς ἡμετέρας συμφορὰς τῆς τῶν τριάκοντα πονηρίας. δῆλον γὰρ ἅπασι τοῖς ἐλθοῦσι Πελοποννησίων ἐγεγένητο, ὅτι οὐ τοὺς πονηροτάτους τῶν πολιτῶν ἀπέκτεινον, ἀλλ' οἷς μάλιστα προσῆκεν καὶ διὰ γένος καὶ διὰ πλοῦτον καὶ διὰ τὴν ἄλλην ἀρετὴν τιμᾶσθαι. οὕτω δ' ἠλεούμεθα καὶ πᾶσι δεινὰ ἐδοκοῦμεν πεπονθέναι ὥστε Παυσανίας τὰ μὲν παρὰ τῶν τριάκοντα ξένια οὐκ ἠθέλησε λαβεῖν,

bis pueris, illum quidem Pausaniæ genibus imposuit, nos vero ei astare fecit, ac illi, aliisque præsentibus narrauit, quibus incommodis & casibus essemus afflicti & oppressi: & Pausaniam rogauit, vt amicitiæ, hospitalitatisque memor afflictis succurreret, iniuriarumque in nos vindicem se præstaret. Vnde Pausanias de populo bene sentire, ipsique beneuolus esse cœpit; & nostras calamitates tanquã specimen improbitatis triginta-virorum, apud reliquos Lacedæmonios esse voluit. Atque sic omnibus Peloponnesiis, qui eo venerant, innotuit; quod non ciues flagitiosissimos interficerent, sed genere, diuitiis, virtutisque ratione maximè honorandos. Adeo vero digni visi sumus misericordia, adeoq; indigna, & iniqua pati; vt Pausanias ab ipsis triginta munera accipere recu-

Quibus modis Diogenetus triginta-viros Pausaniæ, & reliquis Lacedæmoniis odiosos effecerit.

2.

sarit, à nobis verò accepit. Atqui absurdũ esset, Iudices, nos pueros ab hostibus misericordiam esse consecutos; qui vt oligarchiam cõfirmarent, aduenerant: à vobis verò, Iudices, huc dignitatis prouectos opibus spoliari, quorum patres pro Democratia obierunt.

IV. *Aduersarii sui studium & conatum iniquum in odium vocat.*

Non dubito, Iudices, quin plurimi faceret Poliarchus, hac in causa omnia sibi prospere succedere; quod arbitraretur egregium id sibi fore & apud ciues & peregrinos argumẽtum; tantum se posse Athenis, vt vos vobis contraria decernere faciat, iis in rebus, in quibus iureiurando estis astricti. Omnibus enim cõstabat, quod mille drachmis mulctauerit eum, qui nostros agros publicari volebat: nunc autem, postquam ipse iussit, impetrauerit, & peruicerit; & quod in his ambobus Athenienses (eodem viro violatæ legis reo) pugnantia si-

3.

βεῖν, τὰ δὲ παρ' ἡμῶν ἐδέξατο. καίτοι δεινὸν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὑπὸ μὲν τῶν πολεμίων παῖδας ἡμᾶς ὄντας ἐλεεῖσθαι, οἳ τῇ ὀλιγαρχίᾳ βοηθήσοντες ἦλθον· ὑπὸ δὲ ὑμῶν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τοιούτους γεγενημένους, τῶν ὄντων ἀποστερεῖσθαι, ὧν οἱ πατέρες ὑπὲρ τῆς δημοκρατίας ἀπέθανον. εὖ δ' οἶδ', ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὅτι περὶ πλείστου ἂν ποιήσαιτο Πολίαρχος τοῦτον τὸν ἀγῶνα κατορθῶσαι, ἡγούμενος αὐτῷ καλὴν εἶναι τὴν ἀπόδειξιν καὶ πρὸς τοὺς πολίτας καὶ τοὺς ξένους, ὅτι Ἀθήνησι τοσοῦτον δύναται, ὥσθ' ὑμᾶς τοὺς αὐτοὺς, περὶ ὧν ὅρκους ὀμωμόκατε, ὑμῖν αὐτοῖς τὰ ἐναντία ποιεῖν ψηφίζεσθαι. πάντες γὰρ εἴσονται ὅτι τότε μὲν χιλίαις δραχμαῖς ἐζημίωσε τὸν βουλόμενον τὴν ἡμετέραν γῆν δημοσίαν ποιῆσαι· νυνὶ δὲ κελεύων δημεῦσαι, νενίκηκε. καὶ περὶ τούτων δὲ ἀμφοτέρων Ἀθηναῖοι, παρανόμων φεύγοντες τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς, τἀναντία

σφίσιν

φίσιν αὐτοῖς ἐψηφίσαντο. οὔκουν αἰσχρὸν, εἰ ἃ μὲν Λακεδαιμονίοις συνέθεσθε, βεβαιώσετε· ἃ δὲ αὐτοῖς ἐψηφίσασθε, οὕτω ῥᾳδίως διαλύσετε· καὶ τὰς μὲν πρὸς ἐκείνους συνθήκας, κυρίας ποιήσεσθε, καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ὀργίζοισθε, εἴ τις Λακεδαιμονίους ὑμῶν περὶ πλείονος ποιεῖται, ὑμεῖς δ' αὐτοὶ φανήσεσθε πιστότερον πρὸς ἐκείνους ἢ πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς διακείμενοι. ἄξιον δὲ μάλιστα φθονῆσαι, ὅτι οὕτως ἤδη οἱ τὰ τῆς πόλεως πράττοντες διάκεινται, ὥστ' οὐχ ὅ, τι ἂν τῇ πόλει βέλτιστον ᾖ, τοῦτο οἱ ῥήτορες λέγουσιν, ἀλλ' ἀφ' ὧν ἂν αὐτοὶ κερδαίνειν μέλλωσι, ταῦτα ὑμεῖς ψηφίζεσθε. καὶ εἰ μὲν τῷ ὑμετέρῳ πλήθει συνέφερε τοὺς μὲν ἔχειν τὰ αὐτὰ, τῶν δὲ ἀδίκως δεδημεῦσθαι τὴν οὐσίαν, εἰκότως ἠμελεῖτε τῶν ὑφ' ἡμῶν λεγομένων· νυνὶ δὲ πάντες ἂν ὁμολογήσαιτε, ὁμόνοιαν μέγιστον ἀγαθὸν "εἶναι τῇ πόλει, στά-

bi ipsis decreuerint. Indecorũ sanè esset, si, quæ cum Lacedæmoniis pacti estis, seruetis; quæ vero vobis ipsis statuistis, tam cito aboleatis: & fœdera cum illis inita rata habeatis, & simul egrè feratis, alios Græcos pluris facere Lacedæmonios, quàm vos; cùm vos videamini magis fidem seruare illis, quàm vobismetipsis. Maximè autem indignandum est, eo plerosque esse animo, qui Reipublicæ muneribus funguntur, vt cupiant, non Rhetores dicere, quod Reipublicæ est consultissimum; sed vos ea decernere, quæ ipsorum lucro conducũt. Et quidem si vestro populo id conferret, vt hi eadem habeãt bona, quibus illi per iniquam publicationem priuantur; nonnulla ratione, quæ à nobis dicuntur, negligere possetis: nunc autem nõ dubito, quin omnes confessuri sitis, *Concordiam maximum esse bonum Reipublicæ, discor.*

Iudices inconstantia metu & stupitudine terret.

Dehortatur ab inuitiis.

Concordiâ res paruæ crescũt, &c.

diam verò omnium malorum causam: Dissensiones autem oriri inter ciues hisce de caussis maximè, cùm quod alii aliena concupiscant, tum quod

V. alii suis spolientur. Atque hæc vobis non incognita sunt, qui nuper [in vrbem] reuersi optimè Reipublicæ cõsuluistis, cùm præteritarum calamitatum adhuc recens esset

* memoria, Deosque *rogastis, vt in concordiam potius ciues redigeretis, quàm sumptis præteritorum delictorum pœnis, ciues ad seditionem concitaretis, oratores autem compēdio ditaretis. Maioris profectò indulgentiæ illud erat, vos modo reuersos noluisse recordari maleficiorum, dum indignatio adhuc esset recens; quàm tanto tempore post, vindictā præteritorum velle persequi, ab eis persuasos; qui, cùm in vrbe otiosi desederint, suæ erga vos beneuolentiæ fidem facere conantur, non seipsos præbendo probos, sed male me-

Qui nescit dissimulare, nescit regnare.

σιν δὲ, πάντων κακῶν αἰτίαν. διαφέρεσθαι δὲ πρὸς ἀλλήλους ἐκ τῶν τοιούτων μάλιστ', ἂν οἱ μὲν τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμῶσιν, οἱ δ' ἐκ τῶν ὄντων ἐκπίπτωσι. καὶ ταῦθ' ὑμεῖς ἔγνωτε, νεωστὶ κατελθόντες, ὀρθῶς βουλευόμενοι. ἔτι γὰρ ἐμέμνησθε τῶν γεγενημένων συμφορῶν, καὶ τοῖς θεοῖς εἰς ὁμόνοιαν ∴ εὔχεσθε καταστῆσαι τὴν πόλιν μᾶλλον, ἢ ἐπὶ τιμωρίαν τῶν παρεληλυθότων τραπόμενοι, τὴν μὲν πόλιν στασιάσαι, τοὺς δὲ λέγοντας, ταχέως πλουτῆσαι. καίτοι πλείων συγγνώμη" μνησικακεῖν νεωστὶ κατεληλυθόσιν, ἔτι τῆς ὀργῆς οὔσης προσφάτου, ἢ τοσούτῳ χρόνῳ ὕστερον ἐπὶ τιμωρίαν τῶν παρεληλυθότων τραπέσθαι, ὑπὸ τοιούτων πεισθέντας, οἳ ἐν ἄστει μείναντες, αὐτὴν ὑμῖν οἴονται διδόναι πίστιν τῆς αὐτῶν εὐνοίας, ἑτέρους κακῶς ποιοῦντες, ἀλλ' οὐ σφᾶς αὐτοὺς χρη-
στοὺς

στοὺς παρέχοντες· καὶ νυνὶ τῶν τῆς πόλεως εὐτυχιῶν ἀπολαύοντες, ἀλλ' οὐ πρότερον τῶν ὑμετέρων κινδύνων μετέχοντες. καὶ εἰ μὲν ἑωρᾶτε, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, σωζόμενα τῇ πόλει τὰ ὑπὸ τούτων δημευόμενα, συγγνώμην ἂν εἴχομεν· νῦν δ' ἐπίστασθε ὅτι τὰ μὲν αὐτῶν ὑπὸ τούτων ἀφανίζεται, τὰ δὲ πολλοῦ ἄξια ὄντα, ὀλίγου πιπράσκεται. ἂν δέ μοι πείθησθε, οὐκ ἐλάττω ἀπ' αὐτῶν ὑμεῖς ὠφεληθήσεσθε, ἢ ἡμεῖς οἱ κεκτημένοι. ἐπεὶ καὶ νυνὶ Διόμνηστος, καὶ ἐγὼ, καὶ ὁ ἀδελφὸς, ἐκ μιᾶς οἰκίας τρεῖς ὄντες τριηραρχοῦμεν· καὶ ὅταν ἡ πόλις δέηται χρημάτων, ἀπὸ τούτων ὑμῖν εἰσφέρομεν. ὡς οὖν ἡμῶν ταύτῃ τῇ γνώμῃ χρωμένων, καὶ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων τοιούτων γεγενημένων, φείδεσθε ἡμῶν. οὐδὲν γὰρ ἂν ἡμᾶς κωλύῃ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἀθλιωτάτους εἶναι, ἐπὶ μὲν τῶν τριάκοντα,

rendo de aliis; quiq; nunc quidem Reipubl. commodis fruuntur, sed antea vestrorum periculorum partem subire recusarunt. Et, siquidem videretis, Iudices, bona ab his publicata in vsum Reipublicæ seruari, equidẽ conniuerem; nunc autem nostis alios suis facultatibus ab his priuari, &, quæ magni precii erant, paruo vendi. Quod si me audiatis, non minus hæ facultates vobis proderunt, quàm nobis ipsis, qui eas possidemus: Quandoquidem nunc & Diomnestus, & ego, & frater, tres ex vna familia triremium præfecturam gerimus, & ciuitati pecuniis egenti hisce vectigal augemus. Quamobrem nobis, quæso, parcite, quos hoc animo esse videtis, quorumque maiores, quales fuerunt, nouistis. Nihil enim obstat, Iudices, quin miserrimi simus, si, qui triginta-virorum tempore

Quàm frequens est illorum numerus, qui horum vestigia sequuntur.

Priuatorũ facultates sunt certissimũ Reip. ærarium.

orphani relicti sumus, in Democratia facultatibus exuamur: quibus fortuna id est largita, vt nos in puerili adhuc ætate Pausaniæ tabernaculum ingressi populo & Reipub. succurreremus. Talia autem cùm nobis contigerint, ad quos confugere potius Iudices libuisset, quàm ad eos, qui eam Reipublicæ formam tuentur, pro qua & pater, & propinqui nostri occubuerunt? Nunc igitur à vobis hanc vnā reposcimus gratiam, ne nos negligatis in hoc periculo constitutos, neq; necessariorum egenos efficiatis, neq; maiorum nostrorum honorem, *laudemque obscuretis: sed ipsam exemplo potius eis esse velitis, qui de Republica benemereri cupiūt, [hinc vt cognoscant] vestra futura erga se studia & voluntatem. Non habeo, Iudices, quos pro me deprecaturos adducam; quod meorum propinquorum nonnulli, dum se strenuos præbue-

Referendā esse bene meritis gratiā contendit.

VI.

*

Solitudinē & intercessorum defectum scitissimè in suū commodum vertit.

ὀρφανοὺς καταλειφθέντας ἐν τῇ δημοκρατίᾳ, τῶν ὄντων ἐστερημένους, οἷς ἡ τύχη παρέδωκεν, ὥστ' ἔτι ἡμᾶς παῖδας ὄντας ἐπὶ τὴν Παυσανίου σκηνὴν ἐλθόντας βοηθῆσαι τῷ πλήθει. καὶ τοιούτων ἡμῖν ὑπαρχόντων, εἰς τίνας ἂν ἐβουλήθημεν δικαστὰς καταφυγεῖν; οὐκ εἰς τοὺς οὕτω πολιτευομένους ὑπὲρ τῆς πολιτείας ἧς καὶ ὁ πατὴρ καὶ οἱ προσήκοντες ἡμῖν ἀπέθανον; νῦν τοίνυν ταύτην ἀνθ' ἁπάντων ἀπαιτοῦμεν ὑμᾶς τὴν χάριν, μὴ περιιδεῖν ἡμᾶς ἀπόρως διατεθέντας, μηδ' ἐνδεεῖς τῶν ἐπιτηδείων "γεγενημένους. μηδὲ τὴν τῶν προγόνων "εὐδαιμονίαν καταλῦσαι, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον παράδειγμα ποιῆσαι τοῖς βουλομένοις τὴν πόλιν εὖ ποιεῖν, οἵων ὑμῶν ἐν τοῖς κινδύνοις τεύξονται. οὐκ ἔχω, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὕστινας δεησομένους ὑπὲρ ἡμῶν ἀναβιβάσωμαι. τῶν γὰρ προσηκόντων οἱ μὲν ἄνδρας ἀγαθοὺς αὐτοὺς παρα-

χόντες,

ἔχοντες, καὶ μεγάλην τὴν πόλιν ποιοῦντες, ἐν τῷ πολέμῳ τεθνᾶσιν· οἱ δ' ὑπὲρ τῆς δημοκρατίας καὶ τῆς ὑμετέρας ἐλευθερίας ὑπὸ τῶν τριάκοντα κώνειον πιόντες. ὥστε τῆς ἐρημίας τῆς ἡμετέρας αἴτιοι γεγόνασιν αἵ τε τῶν προσηκόντων ἀρεταὶ καὶ αἱ τῆς πόλεως συμφοραί. ὧν ἄξιον ὑμᾶς ἐνθυμηθέντας, προθύμως ἡμῖν βοηθῆσαι· ἡγησαμένους τούτους ἂν ἐν δημοκρατίᾳ δικαίως εὖ πάσχειν ὑφ' ὑμῶν, οἵπερ ἐν ὀλιγαρχίᾳ τῶν συμφορῶν μετέσχον μέρος. ἀξιῶ δὲ καὶ τούτους τοὺς συνδίκους εὔνους ἡμῖν εἶναι, ἐκείνου τοῦ χρόνου μνησθέντας, ὅτ' ἐκ τῆς πατρίδος ἐκπεπλωκότες, καὶ τὰς οὐσίας ἀπολωλεκότες, ἄνδρας ἀρίστους ἐνομίζετ' εἶναι τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν ἀποθνήσκοντας, καὶ τοῖς θεοῖς εὔχεσθε δυνηθῆναι χάριν τοῖς ἐξ ἐκείνων ἀποδοῦναι. Ἡμεῖς τοίνυν, υἱεῖς ὄντες καὶ συγγενεῖς τῶν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας προκεκινδυ-


runt, potentiamq; Reipublicę amplificauerunt, in bello interierint; alii verò pro Democratia, proque vestra libertate, dum ipsi triginta imperarent, cicutam biberint. Itaque huius solitudinis nostræ causa est tum propinquorũ meorum virtus, tum Reipublicæ clades. Quorum vos memores, æquum est vt mihi subueniatis, ac cogitetis, illos meritò in Democratia prẹmiis esse decorandos, qui in Oligarchia magnam incommodorum partem sustinuerunt. Rogo autẽ & Syndicos ipsos, vt suam mihi beneuolentiam præstent, illiusque temporis recordẽtur, quando vos patria pulsi, opibusque nudati illos esse viros optimos iudicabatis, qui pro vestra caussa occumberent: Deosque precabamini, vt eorum posteris gratiam vobis referre liceret. Nos igitur liberi & propinqui eorum, qui pro vestra libertate peri-

Pristini animi & voti admonet.

culis se commiserunt, illud beneficii nunc à vobis postulamus; & rogamus ne iniuria nos perdatis; sed eis potius subueniatis, qui eorundem vobiscum malorum participes fuerunt. Ego igitur obsecro, supplico, & obtestor, vt hæc à vobis impetrare queam: Non enim de exigui momenti rebus est contentio, sed de iis potius, in quibus omnia sunt sita.

δυνευκότων, ἀπαιτοῦμεν ὑμᾶς νυνὶ ταύτην τὴν χάριν, καὶ ἀξιοῦμεν μὴ ἀδίκως ἡμᾶς ἀπολέσαι, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον βοηθεῖν τοῖς τῶν αὐτῶν μετεσχηκόσι συμφορῶν. ἐγὼ μὲν οὖν καὶ δέομαι καὶ ἀντιβολῶ καὶ ἱκετεύω, καὶ τούτων παρ' ὑμῶν τυγχάνειν ἀξιῶ. οὐ γὰρ περὶ μικρῶν κινδυνεύομεν, ἀλλὰ περὶ τῶν ὄντων ἁπάντων.

LYSIÆ



ΛΥΣΙΟΥ ὙΠῈΡ ΤΩ͂Ν ἈΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ χρημάτων, πρὸς τὸ δημόσιον.

LYSIÆ PRO ARISTOPHANIS BONIS ad ærarios.

Interprete Iodoco Vanderheidio.

Argumentum Orat. XVIII.

Aristophane *Nicomachi filio indicta caussa interfecto bonisq; eius publicatis; cum non tantæ inuenirentur eius opes, quanta fama ferebantur; accusauerunt Tribuni ærarii hunc* Aristophanem *prædicti Aristophanis affinẽ, quod eius bona à patre ipsius interuersa possideret. Quod vt vanum probaret, patrem suum ab omni auaritiæ suspicione alienissimum fuisse declarat; quod & ipse vxorem indotatam duxerit, cùm alterius conditionis potestas esset; & sororem ac liberos suos honoratioribus potius, quàm ditiorib. coniunxerit. Deinde addit patri suo exiguam cum Aristophane Nicophemi filio familiaritatem fuisse. Adhæc maximam facultatem partem profectionibus & legationibus per ambitionem ab ipso Aristophane fuisse impensam. Præterea exemplo à* Cononis filio *sumto, rei indignitatem ob oculos ponit. Postremò famæ nullam esse fidem habendam multis docet exemplis; quod ea frequentissimè vana sit deprehensa. Adiicit tandem, velut corollarii loco, pauca de se; plura de patris in Remp. & in priuatos liberalitate.* Oratio *est generis Iudicialis: Status coniecturalis: Genus dicendi mediocre.*

1 Calumnia, *malum est longè nocentissimum, cui meritò maius supplicium, quàm furto statueretur; quod illa*

nos honesto nomine, & multorum sæpe amicitiâ, possessionibus auro & argento longè melioribus nō rarò spoliet. Luculenter hac de re agit Lucianus, ac satis euidenter singulari libello docet, Calumniæ non temerè esse credendum.

2 *Videtur huius Aristophanis pater, laudatissimo illi Themistoclis dicto assentiri; cuius cùm filia à duobus ambiretur, quorum vnus parum diues, alter parum prudens haberetur, ait,* Malo virum pecuniâ, quàm pecuniam viro indigentem. *Opes sine prudentia, aliisq́; virtutibus plus sæpe obesse solent, quàm prodesse: quando opibus inflati, & omnia sibi licere persuasi in miserabilem variorum vitiorum lernam præcipitant, vnde nunquam aut rarò emergunt.*

3 Ambitio *scopulus est, ad quem non pauci vniuersi patrimonii naufragium fecerunt,*

Nudi agris, nudi nummis, opibusq; paternis.

Vnde T. Annius Milo, quem Cicero oratione defendit, sestertiûm septuaginta millia æris alieni debuit? vnde Cæsar immensam æris alieni magnitudinē contraxit? Multi patrimonia effuderunt inconsultè largiēdo. Vitanda tamē est illiberalitatis auaritiæq́; suspicio. Posse n. liberalitate vti, non spoliantem se patrimonio, nimirum est pecuniæ fructus maximus, vt oracula nos docent Ciceronis. *At qui benigniores esse volunt, quàm res patitur, eos comitatur cupiditas plerunq́; rapiendi, & auferendi per iniuriam, vt ad largiendum suppetant copiæ; vt idem Tullius ait.*

Cic. lib. offi. 2.

Lib. offic. 1.

4 *Non vulgarem Aristophanis pater laudem meretur, qui non epulis, non ludis, non theatris, aut porticibus magnificè exstruendis pecunias profudit; sed sanctissimis his Misericordiæ operibus admodum piè impendendas putauit; qui nihil ad ostentationem, omnia ad conscientiam retulit, ac sedulò illud cogitauit:*

Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces.

At multos videre licet, atque adeò plurimos apud Christianos; qui Ethnicos præ nobis contemnere solemus; qui quadam

Cic. libr. off. 1.

dam gloria inducti, vt benefici videantur, faciunt multa. Verùm talis ostentatio vanitati est coniunctior, quàm aut liberalitati, aut honestati.

In hac Lysias Πλάσασθαι τρόπον dixit, qua forma Latini *Vultum fingere*, vt obseruat P. Victorius lib. VIII. cap. XI. variar. lect.

ΠΟΛΛΗ'Ν μοι ἀπορίαν παρέχει ὁ ἀγὼν οὑτοσί, ὦ ἄνδρες δικασαί, ὅταν ἐνθυμηθῶ ὅτι ἂν ἐγὼ μὲν μὴ νῦν εὖ εἴπω, οὐ μόνον ἐγὼ ἀλλὰ καὶ ὁ πατὴρ δόξει ἄδικος εἶναι, καὶ τῶν ὄντων ἁπάντων στερήσομαι. ἀνάγκη οὖν, εἰ καὶ μὴ δεινὸς πρὸς ταῦτα πέφυκα, βοηθεῖν τῷ πατρὶ καὶ ἐμαυτῷ, οὕτως ὅπως ἂν δύνωμαι. τὴν μὲν οὖν παρασκευὴν καὶ προθυμίαν τῶν ἐχθρῶν ὁρᾶτε, καὶ οὐδὲν δεῖ περὶ τούτων λέγειν· τὴν δ' ἐμὴν ἀπειρίαν πάντες ἴσασιν ὅσοι ἐμὲ γινώσκουσιν. αἰτήσομαι οὖν ὑμᾶς δίκαια καὶ ῥάδια χαρίσασθαι, ἄνευ ὀργῆς καὶ ἡμῶν ἀκοῦσαι, ὥσπερ τῶν κατηγόρων. ἀνάγκη γὰρ τὸν ἀπολογούμενον, κἂν ἐξ ἴσου

I. *A periculo & suo & patris beneuolentiam captat.*

NON exiguam mihi adfert solicitudinem hæc contentio, Iudices, dum in mentem venit, quod nō ego solum, verùm etiam pater iniquus videbitur; & ego præterea omnibus exuar facultatibus, si in hac causa parùm disertus fuero. Atqui necesse est, & patri opem ferre, & mihi, quamuis non admodū huic negotio sim idoneus, pro modulo nostræ facultatis. Apparatum quidem inimicorū videtis, & studium; neq; de iis verba facere necesse est: Meam autem dicendi inscitiam omnes norunt, qui me norunt. Petam autē à vobis, quæ iusta sunt, quæque facile concedere potestis; vt sine stomacho & nos audiatis, vt ipsos accusatores. Siquidem qui se purgat, licet æque faciles ha-

Facilius est accusare, q̃ defendere.

nos honesto nomine, & multorum sæpe amicitiâ, possessionibus auro & argento longè melioribus nõ rarò spoliet. Luculenter hac de re agit Lucianus, ac satis euidenter singulari libello docet, Calumniæ non temerè esse credendum.

2 *Videtur huius Aristophanis pater, laudatissimo illi Themistoclis dicto assentiri; cuius cùm filia à duobus ambiretur, quorum vnus parum diues, alter parum prudens haberetur, ait,* Malo virum pecuniâ, quàm pecuniam viro indigentem. *Opes sine prudentia, aliisq; virtutibus plus sæpe obesse solent, quàm prodesse: quando opibus inflati, & omnia sibi licere persuasi in miserabilem variorum vitiorum lernam præcipitant, vnde nunquam aut rarò emergunt.*

3 Ambitio *scopulus est, ad quem non pauci vniuersi patrimonii naufragium fecerunt,*

Nudi agris, nudi nummis, opibusq; paternis.

Vnde T. Annius Milo, quem Cicero oratione defendit, sestertiûm septuaginta millia æris alieni debuit? vnde Cæsar immensam æris alieni magnitudinẽ contraxit? Multi patrimonia effuderunt inconsultè largiẽdo. Vitanda tamẽ est illiberalitatis auaritiæq; suspicio. Posse n. liberalitate vti, non spoliantem se patrimonio, nimirum est pecuniæ fru-
Cic. lib. offi. 2. *ctus maximus, vt oracula nos docent* Ciceronis. *At qui benigniores esse volunt, quàm res patitur, eos comitatur cupiditas plerunq; rapiendi, & auferendi per iniuriam, vt*
Lib. offic. 1. *ad largiendum suppetant copiæ; vt idem Tullius ait.*

4 *Non vulgarem Aristophanis pater laudem meretur, qui non epulis, non ludis, non theatris, aut porticibus magnificè exstruendis pecunias profudit; sed sanctissimis Misericordiæ operibus admodum piè impendendas putauit; qui nihil ad ostentationem, omnia ad conscientiam retulit, ac sedulò illud cogitauit:*

Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces.

Cic. libr. off. 1. *At multos videre licet, atque adeò plurimos apud Christianos; qui Ethnicos præ nobis contemnere solemus; qui quadam*

dam gloria inducti, vt benefici videantur, faciunt multa. Verùm talis ostentatio vanitati est coniunctior, quàm aut liberalitati, aut honestati.

In hac Lysias Πλάσασθαι τρόπον dixit, qua forma Latini *Vultum fingere*, vt obseruat P. Victorius lib. VIII. cap. XI. variar. lect.

ΠΟΛΛΗ'Ν μοι ἀπορίαν παρέχει ὁ ἀγὼν οὑτοσί, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὅταν ἐνθυμηθῶ ὅτι ἂν ἐγὼ μὲν μὴ νῦν εὖ εἴπω, οὐ μόνον ἐγὼ ἀλλὰ καὶ ὁ πατὴρ δόξει ἄδικος εἶναι, καὶ τῶν ὄντων ἁπάντων στερήσομαι. ἀνάγκη οὖν, εἰ καὶ μὴ δεινὸς πρὸς ταῦτα πέφυκα, βοηθεῖν τῷ πατρὶ καὶ ἐμαυτῷ, οὕτως ὅπως ἂν δύνωμαι. τὴν μὲν οὖν παρασκευὴν καὶ προθυμίαν τῶν ἐχθρῶν ὁρᾶτε, καὶ οὐδὲν δεῖ περὶ τούτων λέγειν· τὴν δ' ἐμὴν ἀπειρίαν πάντες ἴσασιν ὅσοι ἐμὲ γινώσκουσιν. αἰτήσομαι οὖν ὑμᾶς δίκαια καὶ ῥᾴδια χαρίσασθαι, ἄνευ ὀργῆς καὶ ἡμῶν ἀκοῦσαι, ὥσπερ τῶν κατηγόρων. ἀνάγκη γὰρ τὸν ἀπολογούμενον, κἂν ἐξ ἴσου

I.

A periculo & suo & patris beneuolentiam captat.

NON exiguam mihi adfert solicitudinem hæc contentio, Iudices, dum in mentem venit, quod nõ ego solum, verùm etiam pater iniquus videbitur; & ego præterea omnibus exuar facultatibus, si in hac causa parùm disertus fuero. Atqui necesse est, & patri opem ferre, & mihi, quamuis non admodũ huic negotio sim idoneus, pro modulo nostræ facultatis. Apparatum quidem inimicorũ videtis, & studium; neq; de iis verba facere necesse est: Meam autem dicendi inscitiam omnes norunt, qui me norunt. Petam autẽ à vobis, quæ iusta sunt, quæque facile concedere potestis; vt sine stomacho & nos audiatis, vt ipsos accusatores. Siquidem qui se purgat, licet æque faciles ha-

Facilius est accusare, q̃ defendere.

beat veſtras aures, eo tamen vincitur [ab accuſatoribus] quod hi longo iam tempore nobis inſidiati, ab omni diſcrimine liberi actionem inſtituerint: nos autem non ſine formidine, calumnia, & periculo maximo cōtendamus. Quare maiori nos cum beneuolētia audiri æquum eſt, quàm accuſatores. Scire enim vos omnes arbitror, ꝙ multi, poſtquam multis & grauibus criminib. alios accuſaſſent, ſtatim adeò manifeſtè conuicti fuerunt mendacii, vt ſuis accuſationibus maximum ſibi conciliarint odium: & qui falſis teſtimoniis alios afflixerant, tunc damnati ſunt, cùm nihil illud prodeſſet afflictis & iniuria affectis.

Accuſatores in inuidiā vocat.

II.
I. Cùm igitur talia multa, vt ego audio, contigerint, æquum eſt vos, iudices, accuſatorum orationes nequaquam fidas & credibiles exiſtimare, priuſquā nos noſtra dixerimus. Audio enim ipſe (& veſtrum multis id conſtare puto)

ἀκροᾶσθε, ἔλαττον ἔχειν. οἱ μὲν γὰρ ἐκ πολλοῦ χρόνου ἐπιβουλεύοντες, αὐτοὶ ἄνευ κινδύνων ὄντες, τὴν κατηγορίαν ἐποιήσαντο· ἡμεῖς δ' ἀγωνιζόμεθα μετὰ δέους καὶ διαβολῆς καὶ κινδύνου μεγίστου. εἰκὸς οὖν ὑμᾶς εὔνοιαν πλείω ἔχειν τοῖς ἀπολογουμένοις. οἶμαι γὰρ πάντας ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι πολλοὶ ἤδη πολλὰ καὶ δεινὰ κατηγορήσαντες, παραχρῆμα ἐξηλέγχθησαν ψευδόμενοι οὕτω φανερῶς, ὥστε ὑπὲρ πάντων τῶν πεπραγμένων μισηθέντες ἀπελθεῖν· οἱ δ' αὖ μαρτυρήσαντες τὰ ψευδῆ, καὶ ἀδίκως ἀπολέσαντες ἀνθρώπους, ἑάλωσαν, ἡνίκα οὐδὲν ἦν πλέον τοῖς πεπονθόσιν. ὅτ' οὖν τοιαῦτα πολλὰ γεγένηται, ὡς ἐγὼ ἀκούω, εἰκὸς ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες δικασταί, μήπω τοὺς τῶν κατηγόρων λόγους ἡγεῖσθαι πιστούς, πρὶν ἂν καὶ ἡμεῖς εἴπωμεν. ἀκούω γὰρ ἔγωγε (καὶ ὑμῶν δὲ τοὺς πολλοὺς οἶμαι εἰδέναι) ὅτι πάν-

ὅτι πάντων δεινότατόν ἐστι διαβολή. μάλιστα δὲ τοῦτο ἔχοι ἄν τις δεινότατον, ὅταν πολλοὶ ἐπὶ τῇ αὐτῇ αἰτίᾳ εἰς ἀγῶνα καθιστῶσιν. ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ οἱ τελευταῖοι κρινόμενοι σώζονται. πεπαυμένοι γὰρ τῆς ὀργῆς αὐτῶν ἀκροᾶσθε, καὶ τοὺς ἐλέγχους ἤδη θέλοντες ἀποδέχεσθε. ἐνθυμεῖσθε οὖν ὅτι Νικόφημος καὶ Ἀριστοφάνης ἄκριτοι ἀπέθανον, πρὶν παραγενέσθαι τινὰ αὐτοῖς ἐλεγχομένοις ὡς ἠδίκουν. οὐδεὶς γὰρ οὐδ' ἴδεν ἐκείνους μετὰ τὴν σύλληψιν· οὐ γὰρ θάψαι τὰ σώματ' αὐτῶν ἀπέδωκαν· ἀλλ' οὕτω δεινὴ συμφορὰ γεγένηται, ὥστε πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τούτου ἐστέρηνται. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐάσω· (οὐδὲν γὰρ ἂν περαίνοιμι.) πολὺ δὲ ἀθλιώτεροι δοκοῦσί μοι οἱ παῖδες οἱ Ἀριστοφάνους. οὐδένα γὰρ οὔτ' ἰδίᾳ οὔτε δημοσίᾳ ἠδικηκότες, οὐ μόνον τὰ πατρῷα ἀπολωλέκασι πα-

omnium maximè intolerabilem & iniquam esse calumniam: Quod tum maximè quispiam animaduertat, & dicat, cùm eadem de causa multi in discrimen vocantur. Plerunq; enim fit, vt postremo in iudicium adducti seruentur; quod bile iam sedata eos audiatis, & aduersa argumenta iam lubentes admittatis. Recordamini igitur ꝙ Nicophemus & Aristophanes indicta causa interierint, priusquam à quoquam peccasse conuicti sint. Nemo siquidem eos vidit, postquam cõprehensi sunt, neq; corpora ipsorũ sepulturæ sunt tradita: sed adeo graui calamitate sunt oppressi, vt, præter alia mala, sepultura quoq; priuarẽtur. Sed hæc missa faciam; neq; enim quicquã essent profutura.

Narratio calamitatis Nicophemi & Aristophanis.

III. Multo autem miserabiliores mihi vidẽtur Aristophanis liberi, qui, cùm nullum neq; publicè neq; priuatim iniuria affecerint, non solùm patria hæreditate spoliãtur,

contra legum nostrarum præceptum; sed, quæ reliqua spes erat, vt ab auo educarentur, in hanc malorum extremitaté redacta est. Ad hæc nos quoque priuati affinibus, priuati dote, paruulos tres coacti sumus educare; & præterea calumniis petimur; & de iis, quæ à maioribus nobis relicta optimo iure possidemus, in discrimen vocamur.

Et pater quidem meus, Iudices, omni suæ vitæ tempore plura ciuitati, q̃ sibi aut domesticis impendit. Erant autem nobis illo tempore duplo maiores facultates, quàm nunc, quemadmodum ipse præsens patrem sæpe computasse audiui. Nolite igitur præiudicio vestro ipsum damnare iniquitatis, qui per singulos annos in se pauca, in vos multa insumsit: sed eos potius qui patrias facultates fœdissimis voluptatibus cõsuerunt impendere. Quamuis autem difficile sit, Iudices, tueri caussam aduersus opi-

παρὰ τοὺς νόμους τοὺς ἡμετέρους, ἀλλὰ καὶ ἡ ὑπόλοιπος ἐλπὶς ἦν, ὑπὸ τοῦ πάππου ἐκτραφῆναι, ἐν τούτῳ δεινῷ καθέστηκεν. ἔτι δ' ἡμεῖς ἐστερημένοι μὲν κηδεστῶν, ἐστερημένοι δὲ τῆς προικὸς, παιδάρια δὲ τρία ἠναγκασμένοι τρέφειν, προσέτι συκοφαντούμεθα, καὶ κινδυνεύομεν περὶ ὧν οἱ πρόγονοι ἡμῖν κατέλιπον, κτησάμενοι ἐκ τοῦ δικαίου. καίτοι, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὁ ἐμὸς πατὴρ ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ πλείω εἰς τὴν πόλιν ἀνάλωσεν ἢ εἰς αὑτὸν καὶ τοὺς οἰκείους· διπλάσια γὰρ ἦν ἢ νῦν ἐστιν ἡμῖν, ὡς ἐγὼ λογιζομένῳ αὐτῷ πολλάκις παρεγενόμην. μὴ οὖν προκαταγινώσκετε ἀδικίαν τοῦ εἰς αὑτὸν μὲν μικρὰ δαπανῶντος, ὑμῖν δὲ πολλὰ καθ' ἕκαστον τὸν ἐνιαυτόν· ἀλλ' ὅσοι καὶ τὰ πατρῷα καὶ ἄν τι ποθὲν μὴ δῶσιν, εἰς τὰς αἰσχίστας ἡδονὰς εἰθισμένοι εἰσὶν ἀναλίσκειν. χαλεπὸν μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἀπολογεῖσθαι περὶ

δόξαν

δόξαν ἣν ἔνιοι ἔχουσι περὶ τῆς Νικοφήμου οὐσίας, καὶ σπάνιν ἀργυρίου, ἣ νῦν ἐστιν ἐν τῇ πόλει, καὶ τοῦ ἀγῶνος πρὸς τὸ δημόσιον ὄντος· ὅμως δὲ καὶ τούτων ὑπαρχόντων, ῥᾳδίως γνώσεσθε ὅτι οὐκ ἀληθῆ ἐστι τὰ κατηγορημένα. δέομαι δ' ὑμῶν πάσῃ τέχνῃ καὶ μηχανῇ, μετ' εὐνοίας ἀκροασαμένων ἡμῶν διὰ τέλους, ὅ, τι ἂν ὑμῖν ἄριστον καὶ εὐορκότατον νομίζηται εἶναι, τοῦτο ψηφίσασθαι. πρῶτον μὲν οὖν, ᾧ τρόπῳ κηδεσταὶ ἡμῖν ἐγένοντο, διδάξω ὑμᾶς. στρατηγῶν γὰρ Κόνων περὶ Πελοπόννησον, τριηραρχήσαντι τῷ ἐμῷ πατρὶ πάλαι φίλος γεγενημένος, ἐδεήθη δοῦναι τὴν ἀδελφὴν αἰτοῦντι τῷ υἱεῖ τῷ Νικοφήμου. ὁ δὲ, ὁρῶν αὐτοὺς ὑπ' ἐκείνου τε πεπιστευμένους, γεγονότας τε ἐπιεικεῖς τῇ πόλει, ἔν τε τῷ τότε χρόνῳ ἀρέσκοντας,

nionem nonnullorum, quam habet de Nicophemi facultatibus, aduersus pecuniæ penuriam, qua nunc in vrbe premimur, præsertim cùm hæc controuersia sit aduersus pręfectos ærarii: his non obstantibus, spero vos facile intellecturos, falsa esse, quæ in iudicio obiiciuntur. Rogo autē vos studiose, atq; adeo obnixè, vt, vbi beneuolè nostra ad finē vsq; omnia audiueritis, quod vobis optimum, & iuriiurando vestro conuenientissimum videbitur, iudicetis. Inprimis igitur quomodo in affinitatē nostram peruenerint [Aristophanes & Nicophemus] vos docebo. Conon cùm militarib. circa Pelopōnesum copiis esset præfectus patrem meū triremibus imperantem iampridē amicum rogauit, vt sororem suam Nicophemi filio eā peteti vxorē daret. Cum autem videret [pater] ab illo his omnia cōmitti, ac simul Reipub. esse æquos & commodos, nec non eo tempore gratos [populo,]

Alia narratio, quomodo Nicophemi & Aristophanis affinis factus sit.

IV.

vt daret, adductus est, ignarus certæ futuræ calumniæ; nō aliter ac quiuis vestrum, qui illos sibi affines fieri voluisset. Quod autem nō diuitiarum gratia id fecerit, facilè ex totius vitæ ratione, & factis patris licet cognoscere. Ille n. cùm esset in ætatis vigore, facultasque esset cum multis opibus ducendi aliam, matrem meam accepit nihil doti sibi adferentem; quod Xenophontis esset filia, filii Euripidis; qui non solum priuatim bonus est habitus, sed, vt audio, etiam exercitib. vestris cum præesse voluistis. Atq; meas sorores quibusdam ex ditioribus sine dote ducere volentibus non dedit, quod è parentibus minus probatis orti viderētur: sed vnam quidem Philomelo Pæaniensi, qui vulgo magis bonus, q̄ diues habetur; alteram viro ad paupertatem redacto, nō quidē suo vitio, sed qui nepos erat Phædro Myrrhinusio locauit,

Probat patrem suum ab auaritia alienū, variis argumentis & exemplis.

2\.

ἐπείσθη δοῦναι, οὐκ εἰδὼς τὴν ἐσομένην διαβολήν· ἄλλως τε καὶ ὑμῶν ὁστισοῦν ἂν ἐκείνοις ἠξίωσε κηδεστὴς γενέσθαι. ἐπεὶ ὅτι γε οὐ χρημάτων ἕνεκα, ῥᾴδιον γνῶναι ἐκ τοῦ βίου παντὸς καὶ τῶν ἔργων τῶν τοῦ πατρός. ἐκεῖνος γὰρ ὅτ' ἦν ἐν τῇ ἡλικίᾳ, παρὸν μετὰ πολλῶν χρημάτων γῆμαι ἄλλην, τὴν ἐμὴν μητέρα ἔλαβεν οὐδὲν ἐπιφερομένην· ὅτι δὲ Ξενοφῶντος ἦν θυγάτηρ τοῦ Εὐριπίδου υἱέος, ὃς οὐ μόνον ἰδίᾳ χρηστὸς ἐδόκει εἶναι, ἀλλὰ καὶ στρατηγεῖν αὐτὸν ἠξιώσατε, ὡς ἐγὼ ἀκούω. τὰς τοίνυν ἐμὰς ἀδελφὰς θελόντων τινῶν λαβεῖν ἀπροίκους πάνυ πλουσίων, οὐ δέδωκεν, ὅτι ἐδόκουν κάκιον γεγονέναι· ἀλλὰ τὴν μὲν Φιλομήλῳ τῷ Παιανιεῖ, ὃν οἱ πολλοὶ βελτίονα ἡγοῦνται εἶναι ἢ πλουσιώτερον· τὴν δὲ, πένητι γεγενημένῳ, οὐ διὰ κακίαν, ἀδελφιδῷ δὲ Φαίδρῳ ὄντι Μυρρινουσίῳ

ἐπι

ἐπιδοὺς τετταράκοντα μνᾶς, καὶ Ἀριστοφάνει τὸ ἴσον. πρὸς δὲ τούτοις, ἐμοὶ πολλὴν ἐξὸν πάνυ προῖκα λαβεῖν, ἐλάττω συνεβούλευσεν· ὥστε εὖ εἰδέναι ὅτι κηδεσταῖς χρησοίμην κοσμίοις καὶ σώφροσι. καὶ νῦν ἔχω γυναῖκα τὴν Κριτοδήμου θυγατέρα τοῦ Ἀλωπεκῆθεν, ὃς ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἀπέθανεν, ὅτε ἡ ναυμαχία ἐγένετο ἐν Ἑλλησπόντῳ. καίτοι, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὅστις αὐτός τε ἄνευ χρημάτων ἔγημε, τοῖν θυγατέροιν πολὺ ἀργύριον ἐπέδωκε, τῷ τε υἱῷ ὀλίγην προῖκα ἔλαβε, πῶς οὐκ εἰκὸς περὶ τούτου πιστεύειν ὡς οὐχ ἕνεκα χρημάτων τούτοις κηδεστὴς ἐγένετο; ἀλλὰ μὴν ὅ γε Ἀριστοφάνης ἤδη ἔχων τὴν γυναῖκα, ὅτι πολλοῖς ἂν μᾶλλον ἐχρῆτο ἢ τῷ ἐμῷ πατρὶ, ῥᾴδιον γνῶναι. ἥ τε γὰρ ἡλικία πολὺ διάφορος, ἥ τε φύσις ἔτι πλέον. ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἦν τὰ ἑαυτοῦ πράττειν· Ἀριστοφάνης δὲ οὐ μό-

traditis ſimul quadraginta minis; quantum & Ariſtophani dedit. Adhæc cùm mihi magnam admodum dotem accipere liceret, minorem vt acciperem mihi perſuaſit, vt qui vellet affinibus me vti honoratis & modeſtis. Itaque nunc habeo vxorem Critodemi Alopecenſis filiam, qui à Lacedæmoniis cæſus eſt, quo tempore pugna illa naualis in Helleſponto cõmittebatur. Quare, Iudices, qui ipſe vxorem ſine dote accepit, & filiabus grandem dotem dedit, & filio minus dotatam accipere ſuaſit; an non de hoc plane credibile eſt, diuitiarum cauſſa ipſum affinitatem illam non deſideraſſe? Nec illud difficile cognitu eſt, Ariſtophanem iam coniugatum multis familiariorem fuiſſe, quàm meo patri; quod & ætate multum diſcreparent, & natura multò magis. Ille enim ſuis rebus [domeſticis] occupabatur; Ariſtophanes verò non tan-

V. *Concluſio probationis ab exemplis ſumta.*

A familiaritatis exiguitate probat ab Ariſtophane cõdonato nullas ad patrẽ ſuum perueniſſe pecunias.

Docet Aristophan. Nicophemi filium maximam facultatum partem profectionibus & legationib. per ambitionem impendisse.

tum priuatarũ, sed etiam rerum publicarum curâ tenebatur: &, si quam haberet pecuniam, eam ambitioni inseruiens cõsumebat. Quæ, me verè dicere, facilè ex iis, quæ ille fecit, cognoscetis. Primùm quidẽ cùm Conon mittere quendã vellet in Siciliam, ipse ad hoc constitutus profectus est cum Eunomo & Lysia amico & hospite, viro optimè de populo Atheniensi merito, vt ego ex iis, qui in Piræum venerant, audiui. Caussa autem nauigandi hæc erat; quod Dionysio se persuasuros sperarent, vt Euagoræ se affinitate coniungeret, hostis futurus Lacedæmoniorum, & amicus ac socius vestræ Reipublicæ. Et hæc faciebant, cùm multa essent pericula tam à mari, quàm ab hostibus exspectanda: persuaseruntque Dionysio, ne triremes ad id paratas Lacedæmoniis in auxiliũ mitteret.

VI. Post hæc autem cùm legati ex Cypro ve-

νον τῶν ἰδίων, ἀλλὰ καὶ τῶν κοινῶν ἐβούλετο ἐπιμελεῖσθαι, καὶ εἴ τι ἦν αὐτῷ ἀργύριον, ἀνήλωσεν ἐπιθυμῶν τιμᾶσθαι. γνώσεσθε δὲ ὅτι ἀληθῆ λέγω, ἐξ αὐτῶν ὧν ἐκεῖνος ἔπραττε. πρῶτον μὲν γὰρ, βουλομένου Κόνωνος πέμπειν τινὰ εἰς Σικελίαν, ᾤχετο ὑποστὰς μετὰ Εὐνόμου καὶ Λυσίου, φίλου ὄντος καὶ ξένου, τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον πλεῖστα ἀγαθὰ πεποιηκότος, ὡς ἐγὼ ἀκήκοα τῶν ἐν Πειραιεῖ τῶν παραγενομένων. ἦσαν δ' ἐλπίδες τοῦ πλοῦ, πεῖσαι Διονύσιον, κηδεστὴν μὲν γενέσθαι Εὐαγόρᾳ, πολέμιον δὲ Λακεδαιμονίοις· φίλον δὲ καὶ σύμμαχον τῇ πόλει τῇ ὑμετέρᾳ. καὶ ταῦτ' ἔπραττον πολλῶν κινδύνων ὑπαρχόντων πρὸς τὴν θάλασσαν καὶ τοὺς πολεμίους· καὶ ἔπεισαν Διονύσιον μὴ πέμψαι τριήρεις, ἃς τότε παρεσκευάσατο, Λακεδαιμονίοις. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπειδὴ οἱ πρέσβεις ἧκον ἐκ Κύπρου ἐπὶ τὴν

τὴν βοήθειαν, οὐδὲν ἐνέλιπε προθυμίας σπεύδων· ὑμεῖς δὲ τριήρεις αὐτοῖς ἔδοτε, καὶ τἆλλα ἐψηφίσασθε. ἀργυρίου δ' εἰς τὸν ἀπόστολον ἠπόρουν. ὀλίγα μὲν γὰρ ἦλθον ἔχοντες χρήματα, πολλῶν δὲ προσεδεήθησαν. οὐ γὰρ μόνον εἰς τὰς ναῦς, ἀλλὰ καὶ πελταστὰς ἐμισθώσαντο, καὶ ὅπλα ἐπρίαντο. Ἀριστοφάνης δ' οὖν τῶν χρημάτων, τὰ μὲν πλεῖστα αὐτὸς παρέσχεν· ἐπειδὴ δὲ οὐχ ἱκανὰ ἦν, τοὺς φίλους ἔπειθε δεόμενος, καὶ ἐγγυώμενος καὶ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ ὁμοπατρίου ἀποκειμένας παρ' αὐτῷ τετταράκοντα μνᾶς εἰπὼν, κατεχρήσατο. τῇ δὲ προτεραίᾳ ἢ ἀνήγετο, εἰσελθὼν εἰς τὸν πατέρα τὸν ἐμὸν, ἐκέλευσε χρῆσαι ὅ, τι εἴη ἀργύριον. προσδεῖν γὰρ ἔφη πρὸς τὸν μισθὸν τοῖς πελτασταῖς. ἦσαν δ' ἡμῖν ἔνδον ἑπτὰ μναῖ. ὁ δὲ καὶ ταύτας λαβὼν κατεχρήσατο. τίνα γὰρ οἴεσθε, ὦ ἄνδρες δικα-

nissent de subsidio acturi, festinando nihil non studii adhibuit; cùm vos quidem illi triremes tradidissetis, & cætera decreuissetis; sed pecunia ad classis apparatum indigerent; quam admodũ exiguã habebant, cùm multis opus esset. Non enim solùm nauiũ [instrumenta & commeatum procurabant] verùm etiam sagittarios conduxerant, & 3.
arma emerant. Aristophanes quidem pecuniarum partem maximam ipse præbebat; sed cùm [eius facultates] nõ sufficerent, tum precibus, tum pignoribus cõstitutis, ab amicis alias obtinuit, & fratris germani quadraginta minas apud se depositas similiter absumsit. Pridie autẽ quàm soluerẽt, venit ad patrem meũ, & petiit, si quid pecuniæ haberet, sibi mutuum dari. Indigere enim se aiebat ad stipendium sagittariis soluẽdum: Accepit autem septem minas, quę nobis erant reliquæ. An verò eum existimatis, Iu-

dices, cùm gloriæ cupidus esset, epistolis à patre acceptis, ne quid hæreret, aut animo incertus esset caussa Cypri, ad quã profecturus legatus sit designatus, & ad Euagoram nauigaturus; existimatisne (inquam) ipsum quicquam, ex iis quę possidebat, reliqui fecisse? Fieri autẽ non poterat, vt is, qui omnia præbebat, quò illi gratificaretur, multa sibi seruaret. Vt hęc vera esse cognoscatis, vocetur Eunomus. TESTES.

VII. Ex testibus auditis, quod non solùm mutuò petierint, illo rogante, sed & acceperint, & in triremes ad eos deportarint. Ex dictis igitur facilè intelligi potest, quod eiusmodi temporib. nullis suis facultatibus pepercerit. Cuius rei maximum hoc est indicium: Demus Pyrilampius triremium in Cyprum nauigantium profectus, postquam, vt ad se venirem, rogasset; indicauit sibi esse symbolon seu tesseram hospitalem phialã auream à rege

σαι, φιλότιμον μὲν ὄντα, ἐπιστολῶν δ' ἠκουσῶν αὐτῷ παρὰ τοῦ πατρὸς, μηδὲν ἀπορήσειν ἐκ Κύπρου, ᾑρημένον δὲ πρεσβευτὴν, καὶ μέλλοντα πλεῖν ὡς Εὐαγόραν, ὑπολείπεσθαι αὖ τι τῶν ὄντων; ἀλλ' οὐκ ἦν δυνατὸς πάντα παρέχοντα χαρίσασθαι ἐκείνῳ τι, καὶ κομίσασθαι μὴ ἐλάττω. ὡς τοίνυν ταῦτ' ἐστὶν ἀληθῆ, κάλει μοι Εὔνομον. ΜΑΡΤΥΡΕΣ. Τῶν μὲν μαρτύρων ἀκούετε, οὐ μόνον ὅτι ἐχρήσαντο ἐκείνου δεηθέντος, ἀλλὰ καὶ ὅτι ἀπειλήφασιν. ἐκομίσθη γὰρ αὐτοῖς ἐπὶ τῆς τριήρους. ῥᾴδιον μὲν οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων γνῶναι ὅτι τοιούτων καιρῶν συμπεσόντων, οὐδενὸς ἂν ἐφείσατο τῶν ἑαυτοῦ. ὃ δὲ μέγιστον τεκμήριον· Δῆμος γὰρ ὁ Πυριλάμπους, τριηραρχῶν εἰς Κύπρον, ἐδεήθη μου προσελθεῖν αὐτῷ, λέγων ὅτι ἔλαβε σύμβολον παρὰ βασιλέως τοῦ μεγάλου φιάλης μὲν χρυ-

σῆς. ἀς

σῆς, ὡς Ἀριστοφάνην λαβεῖν ἑκκαίδεκα μνᾶς ἐπ' αὐτῇ, ἃς ἔχοι ἀναλίσκειν εἰς τὰς τριηραρχίας· ἐπειδὴ δ' εἰς Κύπρον ἀφίκοιτο, λύσασθαι, ἀποδοὺς εἴκοσι μνᾶς· πολλῶν γὰρ ἀγαθῶν καὶ ἄλλων χρημάτων εὐπορήσειν, διὰ τὸ σύμβολον, ἐν πάσῃ τῇ ἠπείρῳ. Ἀριστοφάνης τοίνυν ἀκούων μὲν ταῦτα Δήμου, δεομένου δέ μου, μέλλων δ' ἄξειν χρυσίον, τέτταρας δὲ μνᾶς τόκον λήψεσθαι· οὐκ ἔφη εἶναι, ἀλλ' ὤμνυε καὶ προσδεδανεῖσθαι τοῖς ξένοις ἄλλοθεν· ἐπειδὴ ἥδιστ' ἀνθρώπων, ἄγειν τε εὐθὺς ἐκεῖνο τὸ σύμβολον, καὶ χαρίσασθαι ἡμῖν ἃ δεόμεθα. ὡς δὲ ταῦτ' ἐστὶν ἀληθῆ, μάρτυρας ὑμῖν παρέξομαι. ΜΑΡΤΥΡΕΣ. Ὅτι μὲν τοίνυν οὐ κατέλιπεν Ἀριστοφάνης ἀργύριον, οὐδὲ χρυσίον, ῥᾴδιον γνῶναι ἐκ τῶν εἰρημένων καὶ μεμαρτυρημένων. χαλκώματα δὲ σύμμικτα οὐ πολλὰ ἐκέκτητο. ἀλλὰ καὶ ὅθ'

magno, quam Aristophani traditurus erat pignoris loco; vt ab ipso recipiat sexdecim minas, quibus in sua præfectura indigebat: vbi in Cyprum venissent, soluturum se, & redditurū viginti minas: hoc symbolo ipsum magnam multorū commodorum, & facultatū copiam habiturum, in vniuerso cōtinēte. Aristophanes autem his ex Demo auditis, me rogante, quod & pecuniam recepturus esset, & quatuor minas pro fœnore; negauit sibi quidquam esse pecuniæ; ac iurauit se adhuc mutuo sumpsisse aliunde ab hospitibus: maximè tamē se cupere & hoc symbolon recipere, & nobis, in iis quę peteremus, gratificari. Hæc autem esse vera testibus docebo. TESTES. Quod igitur Aristophanes neque auri, neque argenti quicquam reliquum fecerit, ex dictis ac testibus facile est intellectu. Ex ære autem cōflata pauca possederat; cum & ipse, quo

VIII. *De exigua Aristophanis supellectile.*

tempore Euagoræ legatos cõuiuio exciperet, vtenda acceperit. Quæ verò reliquerit, recitabuntur vobis. Nonnullis vestrum, Iudices, fortassis pauca esse videbũtur, sed illud cogitare debetis, ante victoriam illam naualem Nicophemo aut Aristophani nihil agrorũ fuisse, præter agellum admodum exiguum, quem habebat Rhamnunte. Cõtigit autẽ hæc pugna naualis Eubulo Archonte. Quatuor igitur aut quinq; annorum spacio, cùm antea nullæ ipsis essent *facultates, Iudices; tragicis ludis omnia ab ipso & patre suppeditari, tres annos cõtinenter triremibus præesse, grauia tributa pendere, domum quinquaginta minis emere, agrorũ plus quàm trecenta iugera cõparare, sanè difficile est. Et tamẽ vos præterea existimatis, oportere ipsum copiosã supellectilem reliquisse: cùm & illi, quorũ diuitiæ [nõ recentes, sed] vetustæ ac olim collectæ videtur,

εἱστία τοὺς παρ' Εὐαγόρου πρεσβεύοντας, αἰτησάμενος ἐχρήσατο. ἃ δὲ κατέλιπεν, ἀναγνώσεται ὑμῖν. Ἴσως ἐνίοις ὑμῶν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, δοκεῖ ὀλίγα εἶναι· ἀλλ' ἐκεῖνο ἐνθυμεῖσθε, ὅτι πρὶν Νικοφήμῳ ἢ καὶ Ἀριστοφάνει πρὶν τὴν ναυμαχίαν νικῆσαι, γῆ μὲν οὐκ ἦν, ἀλλ' ἢ χωρίδιον μικρὸν Ῥαμνοῦντι. ἐγένετο δὲ ναυμαχία ἐπ' Εὐβούλου ἄρχοντος. ἐν οὖν τέτταρσιν ἢ πέντε ἔτεσι, πρότερον μὴ ὑπαρχούσης *αἰτίας, χαλεπὸν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τραγῳδοῖς τε διαχορηγῆσαι ὑπὲρ αὑτοῦ τε καὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τρία ἔτι συνεχῶς τριηραρχῆσαι, εἰσφορὰς τε πολλὰς εἰσενηνοχέναι, οἰκίαν τε πεντήκοντα μνῶν πρίασθαι, γῆς τε πλέον ἢ τριακόσια πλέθρα κτήσασθαι· ἔτι δὲ πρὸς τούτοις οἴεσθαι χρῆναι ἔπιπλα πολλὰ καταλελοιπέναι. ἀλλ' οὐδὲ οἱ πάλαι πλούσιοι δοκοῦντες εἶναι,

ἄξιον

"ἄξιον λόγου ἔχοιεν ἐξενεγκεῖν. ἐνίοτε γὰρ οὐκ ἔστιν, οὐδ᾽ ἐάν τις πάνυ ἐπιθυμῇ πρίασθαι τοιαῦτα, κτησαμένῳ εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον ἡδονὴν ἂν παρέχοι. ἀλλὰ "τότε σκοπεῖτε, τῶν ἄλλων ὅσον ἐδημεύσατε χρήματα, οὐχ ὅπως σκεύη ἀπέδοσθε, ἀλλὰ καὶ αἱ θύραι ἀπὸ τῶν οἰκημάτων "ἀπεσπάσθησαν· ἡμεῖς δὲ, ἤδη δεδημευμένων, καὶ ἐξεληλυθύας τῆς ἐμῆς ἀδελφῆς, φύλακας κατεστησάμεθα τῇ (ἐμῇ) οἰκίᾳ· ἵνα μήτε θυρώματα, μήτε ἀγγεῖα, μήτε ἄλλο μηδὲν ἀπόλοιτο. ἔπιπλα δὲ ἀπεφαίνοντο πλείω ἢ χιλίων δραχμῶν, ὅσα οὐδενὸς πώποτ᾽ ἐλάβετε. πρὸς δὲ τούτοις, καὶ πρότερον πρὸς τοὺς συνδίκους καὶ νῦν ἐθέλομεν πίστιν δοῦναι, ἥτις ἐστὶ μεγίστη τοῖς ἀνθρώποις, μὴ ἔχειν τῶν Ἀριστοφάνους χρημάτων· ὀφείλεσθαι δὲ τὴν προῖκα τῆς ἀδελφῆς, καὶ ἑπτὰ μνᾶς ἃς ᾤχετο λαβὼν παρὰ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμοῦ. πῶς ἂν οὖν

nihil operæprecium proferre queant. Siquidem huiuſmodi nulla interdũ ratione comparari poſſunt, etiamſi quis talium auidus ſit, credatq; fore, vt eorũ poſſeſſio ſibi oblectamento ſit futura. Illud autem, quæſo, conſiderate, non quod vtenſilia & ſupellectilem eorũ vendideritis, quorum bona publicaſtis; ſed quod fores etiam ędium reuulſæ ſint: Nos autem illis iam publicatis, ſorore mea egreſſa, cuſtodes domui appoſuimus; vt neque fores, neque ſupellex, neq; aliud quid periret. Inuenta eſt ergo ſupellex pluriũ quàm mille drachmarum; quantam à nullo vnquam accepiſtis. Adhæc vt nuper apud Syndicos, ita & nũc cauere volumus fide, quę inter homines eſſe poteſt, certiſſima, me nihil habere facultatum Ariſtophanis; ſed ipſum debere dotem ſororis, & ſeptem minas, quas iam diſcedens à patre accepit. Qui poſſent igitur

IX.

Fideiubere paratus eſt.

vlli esse homines infortunatiores iis, qui, cùm sua perdiderint, aliorum bona sibi vsurpasse videantur? Quodque omnium est miserrimum, qui sororem cum multis liberis recipiunt, & alunt; quibus nullæ reliquæ sunt facultates, si vos iam dictas auferatis.

X. *Ab exemplo docet præsentis caussæ iniquitatem.*

Agite vero, per Deos immortales, sic cogitate, Iudices: Si quis vestrum Timotheo Cononis filio aut filiam aut sororem nuptui dedisset, illoq; peregrinante & calumniis petito, bona essent publicata, cunctisq; venditis ærario non accederent quatuor argenti talenta, nunquid ideo à propinquis & affinibus ea interuersa esse censerētur; quod vix minima pars eorum, quæ sperauerant, bonorum inueniretur? At hoc omnes scitis, Cononem principem fuisse; Nicophemum fecisse, quod ille mandaret: atque ideo, Cononem minimam e-

εἶεν ἄνθρωποι ἀθλιώτεροι, ἢ εἰ τὰ σφέτερ' αὐτῶν ἀπολωλεκότες δοκοῖεν τὰ ἐκείνων ἔχειν; ὃ δὲ πάντων δεινότατον, τὴν ἀδελφὴν ὑποδέξασθαι παιδία ἔχουσαν πολλὰ, καὶ ταῦτα τρέφειν, μηδ' αὐτοὺς ἔχοντας μηδὲν, ἐὰν ὑμεῖς τὰ ὄντ' ἀφέλησθε. Φέρε πρὸς θεῶν ὀλυμπίων. οὕτω γὰρ σκοπεῖτε, ὦ δικασταί· εἴ τις ὑμῶν ἔτυχε δοὺς Τιμοθέῳ τῷ Κόνωνος τὴν θυγατέρα ἢ τὴν ἀδελφὴν, καὶ ἐκείνου ἀποδημήσαντος καὶ ἐν διαβολῇ γενομένου ἐδημεύθη ἡ οὐσία, καὶ μὴ ἐγένετο τῇ πόλει πραθέντων ἁπάντων τέτταρα τάλαντα ἀργυρίου, διὰ τοῦτο ἠξίουν τοὺς ἐκείνου καὶ τοὺς προσήκοντας ἀπολέσθαι, ὅτι οὐδὲ πολλοστὸν μέρος τῆς δόξης τῆς παρ' ὑμῖν ἐφάνη τὰ χρήματα; ἀλλὰ μὴν τοῦτον πάντες ἐπίστασθε, Κόνωνα μὲν ἄρχοντα, Νικόφημον δὲ ποιοῦντα ὅ, τι ἐκεῖνος προστάττοι. τῶν οὖν ὠφελειῶν Κόνωνα εἰκὸς πολλο-

στὸν μέ-

στον μέρος ἄλλῳ τινὶ μεταδιδόναι· ὥστ' εἰ οἷόν τε πολλὰ γενέσθαι Νικοφήμῳ, ὁμολογήσαιεν τὰ Κόνωνος εἶναι πλείονα ἢ δεκαπλάσια. ἔτι δὲ φαίνονται οὐδὲν πώποτε διενεχθέντες. ὥστ' εἰκὸς καὶ περὶ τῶν χρημάτων ταὐτὰ γνῶναι. ἱκανοὶ μὲν ἐνθάδε τῷ υἱεῖ ἑκάτερον καταλιπεῖν, τὰ δὲ ἄλλα παρ' αὐτοῖς ἔχειν. ἦν γὰρ Κόνωνι μὲν υἱὸς ἐν Κύπρῳ, καὶ γυνή· Νικοφήμῳ δὲ, γυνὴ καὶ θυγάτηρ. ἡγοῦντο δὲ καὶ τὰ ἐκεῖ ὅμως σφίσιν εἶναι ἴσα, ὥσπερ καὶ τὰ ἐνθάδε. πρὸς δὲ τούτοις ἐνθυμεῖσθε ὅτι καὶ εἴ τις μὴ κτησάμενος, ἀλλὰ παρὰ τοῦ πατρὸς παραλαβὼν τοῖς παισὶ διένειμεν, οὐκ ἐλάχιστα ἂν αὑτῷ ὑπέλιπε. βούλονται γὰρ πάντες ὑπὸ τῶν παίδων θεραπεύεσθαι, ἔχοντες χρήματα μᾶλλον, ἢ ἐκείνων δεῖσθαι ἀποροῦντες. νῦν τοίνυν εἰ δημεύσετε τὰ τοῦ Τιμοθέου, (ὃ μὴ γένοιτο, εἰ μή τι μέλλει μέγα ἀγαθὸν ἔσεσθαι τῇ πόλει)

ἀκρίτων θάνατον καταψηφίσασθαι, πολλῶν δὲ ἀδίκως δημεῦσαι τὰς οὐσίας· τοὺς δ᾽ ἐξελάσαι καὶ ἀτιμῶσαι τῶν πολιτῶν. τοιοῦτοι γὰρ ἦσαν ὥστε τοὺς μὲν ἡμαρτηκότας ἀργύριον λαμβάνοντες ἀφιέναι, τοὺς δὲ μηδὲν ἠδικηκότας εἰς ὑμᾶς εἰσιόντες ἀπολλύναι. καὶ οὐ πρότερον ἐπαύσαντο, ἕως τὴν μὲν πόλιν εἰς στάσεις καὶ τὰς μεγίστας συμφορὰς κατέστησαν, αὐτοὶ δ᾽ ἐκ πενήτων πλούσιοι ἐγένοντο. ὑμεῖς δὲ οὕτω διετέθητε· τοὺς μὲν φεύγοντας κατεδέξασθε, τοὺς δ᾽ ἀτίμους, ἐπιτίμους ἐποιήσατε· τοῖς δ᾽ ἄλλοις περὶ ὁμονοίας ὅρκους ὤμνυτε. τελευτῶντες δὲ, ἥδιον ἂν τοὺς ἐν τῇ δημοκρατίᾳ συκοφαντοῦντας ἐτιμωρήσασθε, ἢ τοὺς ἄρξαντας ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ. καὶ εἰκότως, ὦ ἄνδρες δικασταί. πᾶσι γὰρ ἤδη φανερόν ἐστιν ὅτι διὰ τοὺς μὲν ἀδίκως πολιτευομένους ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ δημοκρατία γίνεται,

vt quosdam indicta causſa capitis damnaretis, nõnullorum bona iniquè publicaretis, alios verò eiiceretis, & contumelia afficeretis. Eo enim erant ingenio, vt iniquos pecunia accepta missos facerent; &, qui nihil deliquerant, ad vos vocatos condemnarent. Nec finem prius fecerunt, quàm in ciuitate seditiones excitassent, & in maxima eam incommoda adduxissent, ipsi vero è pauperibus diuites euasissent. At vos ita affecti estis, vt & exsules reciperetis, & ignominia notatos honori restitueretis, & aliis concordiam iureiurando confirmaretis, denique propensiores essètis ad puniendos eos, qui in Democratia alios calumniabantur, quàm qui in Oligarchia imperauerant. Nec iniuriâ, Iudices. Omnibus enim constat, quod ex iniquo eorum imperio, qui in paucorum principatu Reip. præfuerũt, popularis status nobis restitutus sit;

Semina seditionis.

ex calumniatoribus verò paucorũ principatus per occaſionẽ bis iam ſit exortus. Non decet itaque his ſæpe vti conſiliariis, quibus ne ſemel quidem credere profuit. Animaduertere etiam decet, quod qui ex Piræo profecti maximam ſibi gloriam ſummis periculis comparauerant, optimeque de vobis meriti erãt, oratione ad populum habita, non *raro hortati ſint, vt iuriiurando, & pactis conuentiſque maneret, cenſentes ea ratione popularem ſtatum commodiſſimè ſeruari: Atque iis, qui in vrbe remanſerant, præteritorum ſecuritatem concedi; & his qui ex Piræo venerant Reipubl. adminiſtrationem in longum tempus ſtabiliri. Quibus vos iuſtiore de cauſſa fidem habebitis, quàm his qui ab exſulio aliorum opera ſeruati, & in vrbem reuerſi calumniis ſe dederunt. Arbitror autem ſatis patuiſſe tam in Oli-

XI. *Litibus ſopiendis potius, quàm excitandis Rempu. ſeruari.*

*

διὰ δὲ τοὺς ἐν τῇ δημοκρατίᾳ συκοφαντοῦντας ὀλιγαρχία δὶς κατέστη. ὥστε οὐκ ἄξιον τούτοις πολλάκις χρῆσθαι συμβούλοις οἷς οὐδὲ ἅπαξ ἐλυσιτέλησε πειθομένοις. σκέψασθαι δὲ χρὴ ὅτι καὶ τῶν ἐκ Πειραιέως οἱ μεγίστην δόξαν ἔχοντες, καὶ μάλιστα κεκινδυνευκότες, καὶ πλεῖστα ὑμᾶς ἀγαθὰ εἰργασμένοι, πολλάκις ἤδη τῷ ὑμετέρῳ πλήθει * διελύσαντο τοῖς ὅρκοις καὶ ταῖς συνθήκαις ἐμμένειν, ἡγούμενοι ταύτην δημοκρατίας εἶναι φυλακήν. τοῖς μὲν γὰρ ἐξ ἄστεος ὑπὲρ τῶν παρεληλυθότων ἄδειαν ποιήσειν, τοῖς δ' ἐκ Πειραιέως οὕτω πλεῖστον χρόνον τὴν πολιτείαν παραμεῖναι. οἷς ὑμεῖς πολὺ ἂν δικαιότερον πιστεύοιτε, ἢ τούτοις, οἱ φεύγοντες μὲν δι' ἑτέρους ἐσώθησαν, κατελθόντες δὲ συκοφαντεῖν ἐπιχειροῦσιν. ἡγοῦμαι δὲ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τοὺς μὲν τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντας ἐμοὶ τῶν ἐν ἄστει μεινάντων φανεροὺς γεγενῆσθαι καὶ ἐν ὀλιγαρχίᾳ.

γαρχίᾳ καὶ ἐν δημοκρατίᾳ, ὁποῖοί τινες εἰσὶ πολῖται. τούτων δ' ἄξιον θαυμάζειν, ὅ,τι ἂν ἐποίησαν, εἴ τις αὐτοὺς εἴασε τῶν τριάκοντα γενέσθαι, οἱ νῦν δημοκρατίας οὔσης ταυτὰ ἐκείνοις πράττουσι· καὶ ταχέως μὲν ἐκ πενήτων πλούσιοι γεγένηνται, πολλὰς δὲ ἀρχὰς ἄρχοντες, οὐδεμιᾶς εὐθύνην διδόασιν· ἀλλ' ἀντὶ μὲν ὁμονοίας ὑποψίαν πρὸς ἀλλήλους πεποιήκασιν, ἀντὶ δὲ εἰρήνης πόλεμον κατηγγέλκασι. διὰ τούτους δὲ, ἄπιστοι τοῖς Ἕλλησι γεγενήμεθα. καὶ τοσούτων κακῶν καὶ ἑτέρων πολλῶν ὄντες αἴτιοι, καὶ οὐδὲν διαφέροντες τῶν τριάκοντα (πλὴν ὅτι ἐκεῖνοι μὲν ὀλιγαρχίας οὔσης ἐπεθύμουν ὧνπερ οὗτοι δὲ καὶ δημοκρατίας τῶν αὐτῶν ὧνπερ ἐκεῖνοι) ὁμοίως οἴονται χρῆναι οὕτω ῥᾳδίως ὃν ἂν βούλωνται κακῶς ποιεῖν· ὥσπερ τῶν μὲν ἄλλων ἀδικούντων, ἄριστοι δὲ ἄνδρες αὐτοὶ γεγενημένοι.

garchia quàm Democratia quales illi sint ciues, qui eiusdē mecum sententiæ in vrbe remanserant. At horum caussa in admirationē merito rapi possumus, quidnam facturi fuissent, si in triginta-virorum numerum ipsos quispiam recepisset; cùm in democratiâ eadē, quæ ipsi, facere audeant. Qui è pauperibus subito facti sunt diuites; & magistratu sæpe functi nunquam eius rationem reddunt: qui pro concordia, suspiciones inter se serunt; pro pace bellum annunciant. Propter hos suspecti facti sumus omnibus Græcis. Et sicut tot malorum sunt auctores, aliorumque plurium, nec quippiam differūt ab ipsis triginta; nisi quod illi in oligarchia eadem quæ hi desiderabant, hi vero in democratia eadem quæ illi; ita & sibi licere oportere existimant, quemcumque velint, malo afficere; quasi aliis omnibus iniqua perpetrantibus soli ipsi sint viri boni.

XII.

Inuectiua in Rhetores.

neque est quod hos miremur, sed vos potius, qui putatis in ea Rep. statum esse popularem, in qua hi pro suo arbitrio omnia faciunt. In qua & pœnas dant non qui vestro populo sunt iniqui, sed qui suas facultates his nõ tradunt; qui mallent Rempublicam esse exiguam & infirmã, quàm aliorũ opera amplam & liberam, arbitrãtes sibi licere quicquid libet, propter ea quę in Piræo subierũt discrimina; verentes, ne si posthac ab aliis vestræ saluti bene consultum sit, ipsi *minori in precio habeantur, illi ad maiorem dignitatem promoueantur. Itaque id ipsum omnes conantur, vt ne quid boni per alios vobis accessisse videatur. Quod quidem non erit difficile volenti demonstrare; cùm ipsimet non dissimulent, sed erubescant potius, si non videantur mali; quorum partem vos videtis, partem ex multis aliis audi-
II. tis. Nos autem, Iudices,

καὶ τούτων μὲν οὐκ ἄξιον θαυμάζειν, ὑμῶν δὲ, ὅτι οἴεσθε μὲν δημοκρατίαν εἶναι, γίγνεται δὲ ὅ, τι ἂν οὗτοι βούλωνται. καὶ δίκην διδόασιν οὐχ οἱ τὸ ὑμέτερον πλῆθος ἀδικοῦντες, ἀλλ' οἱ τὰ σφέτερα αὐτῶν μὴ διδόντες· καὶ δέξαιντ' ἂν μικρὰν εἶναι τὴν πόλιν μᾶλλον, ἢ δι' ἄλλους μεγάλην καὶ ἐλευθέραν· ἡγούμενοι νῦν μὲν διὰ τοὺς ἐκ Πειραιέως κινδύνους αὐτοῖς ἐξεῖναι ποιεῖν ὅ, τι ἂν βούλωνται. ἐὰν δ' ὕστερον ὑμῖν δι' ἑτέρου σωτηρία γένηται, τούτους μὲν *ἐπιλύσεσθαι, ἐκείνους δὲ μεῖζον δυνήσεσθαι. ὥστε τὸ αὐτὸ πάντες ἐμποδών εἰσιν, ἐάν τι δι' ἄλλων ἀγαθὸν ὑμῖν φαίνηται. τοῦτο μὲν οὖν οὐ χαλεπὸν τῷ βουλομένῳ κατηγορῆσαι. αὐτοί τε γὰρ οὐκ ἐπιθυμοῦσι λανθάνειν, ἀλλ' αἰσχύνονται μὴ δοκοῦντες εἶναι πονηροί· ὑμεῖς δὲ τὰ μὲν αὐτοὶ ὁρᾶτε, τὰ δ' ἑτέρων πολλῶν ἀκούετε. ἡμεῖς δὲ, ὦ ἄνδρες δικασταί,

δίκαιον

δίκαιον μὲν ἡγούμεθ' εἶναι πρὸς πάντας ὑμᾶς τοὺς πολίτας ταῖς συνθήκαις καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμένειν· ὅμως δ' ὅταν μὲν ἴδωμεν τοὺς τῶν κακῶν αἰτίους δίκην διδόντας, τῶν τότε περὶ ἡμᾶς γενομένων μεμνημένοι, συγγνώμην ἔχομεν· ὅταν δὲ φανεροὶ γένησθε τοὺς μηδὲν αἰτίους ἐξ ἴσου τοῖς ἀδικοῦσι τιμωρούμενοι, τῇ αὐτῇ ψήφῳ πάντας εἰς...

æquum esse censemus, pactis cum omnibus ciuibus, & iureiurando stare. Quanquam si malorum auctores pœnas dare videamus, facile vobis ignoscamus, quando eorum, quæ tunc inter nos contigerunt, recordamur: sin autem tales vos declaretis, & innoxios æquè ac noxios ad supplicium rapiatis, & eodẽ calculo omnes ad, &c.

Deest finis huius Orationis.



LYSIÆ ORATIO XXV. De probatione Euandri.

ΛΥΣΙΟΥ ΠΕΡῚ ΤΗ͂Σ ΕΥ'ΑΝ'δρȣ δοκιμασίας.

Interprete IODOCO VANDERHEIDIO.

ARGVMENTVM.

Huius Orationis de probatione Euandri, *non tantùm Exordium, sed etiam Accusationis seu Confirmationis bona pars deesse videtur. Vt præcedenti Oratione defendebatur is, qui in Oligarchia nihil deliquerat; ita hic* Euander *accusatur, quòd in ea improbè se gesserit, & multa populo Athieniensi noxia designarit; eaq́ de causa non esse ipsum probandum, neque magistratui, quem ambibat, idoneum iudicandum, accusator contendit; quamuis & pater & ipse Euander multa Reipu. impenderint, & hic modestum se in Democratia præbeat. Docet patriæ sacrificia non neglectum iri, etsi hic repudietur; quem Democratiam euertisse constat: cùm in Oligarchia non solùm eques & Senator fuerit, verùm etiam grauiter in populum deliquerit. Quare non sine totius Reipub. dedecore ipsum ad magistratum admitti posse, præsertim cùm Laodamantis sententia Iudicum repudiati, & huius Euandri eadem sit caussa. Etsi hic reiiciatur, nequaquam tamen ideo damnari omnes, qui in vrbe remanserant; quod manifestum sit inter eos discrimen.*

1. *Non potest non laudari* δοκιμασία *hæc, & vitæ examen, cuius hic fit mentio, si legitimè adhibeatur, & vitio careat; cùm ad vitia exstirpanda destinetur.* Non exomni li-

omni ligno fit Mercurius, *ait Prouerbium. Et si in Olympicis ludis ad certamen nemo admittebatur, nisi parentibus & maioribus se docuisset natum honestis & omni infamiæ labe carentibus, quanto magis Reipub. rectoribus hoc idem conuenit obseruare? Habemus quidem adhuc huius* δοκιμασίας *vmbram. Examinantur hodie & probantur futuri artium magistri, futuri Medici, Iurisconsulti, Ordini sacro adscribendi; sed quotusquisque tanquam inidoneus reiicitur? Pene de omnibus Lesbiâ regulâ adhibitâ sententia profertur.*

2. *Si M. Cato Censorius hoc tempore vixisset, & huius caussæ Iudex sedisset, nihil procul dubio hac Oratione Euander promouisset. Dicere enim solebat Cato, se malle pro collato beneficio nullam reportare gratiam, quàm pro maleficio perpetrato non dare pœnas; censens ab impunitate plus periculi impendere Reipub. quàm ab ingrati animi crimine.*

3. *Rectè Isocrates Demonico suadet, vt in Magistratu constitutus nullius mali opera in rebus administrandis vtatur, quod prauorum delicta in ipsum essent redundatura. Vtinam & nunc idipsum à plerisque Principibus sedulò perpenderetur! Sed, vt verum fateamur, difficile est, sinceri licet animi Principem, versutissimorum technas omnes euitare posse.*

4. *In Orat.* pro Polystrato *proposuimus theorema Politicum:* Sitne ignoscendum viro bono, qui ad hoc vocatus, adiunxit se improbis iam rerum potientibus, *&c. Ad cuius alteram partem confirmandam hinc videtur posse sumi argumentum non inefficax. Nisi enim boni in vrbe malis fuissent permisti, nunquam Thrasybulo & cæteris exsulibus à Triginta-viris expulsis reditus in vrbem patuisset.* Pag. 323.

* * * * * * * * * * *

I.

Principium deeſt.

Exiſtimans exactam nũc inquiſitioné longo temporis interuallo tranſactam eſſe.
I. Quandoquidem non paucorum, nec leuium tibi delictorum conſcius es; quæ in illos commiſiſti; ſed ea nonnullos ipſorum eſſe oblitos, nec amplius recordaturos putas. Quæ profectò res mihi ſtomachũ mouet, quod hac ſpe fretus ad vos acceſſerit; quaſi alii eſſent, quos iniuria affecit, atque hi, qui hanc cauſſam ſunt iudicaturi; & non iidem, qui & iniuriam accepcrũt, & hæc audiunt. Sed horum culpa in vos eſt conferenda; quod non cogitetis, qua ratione hi ciuitate [noſtra] Lacedæmoniorum imperio ſubiecta, ne eiuſdem quidẽ ſeruitutis ſecum voluerunt vos eſſe participes, ſed ciuitate exegerunt: vos autem libertate ciuitati reſtituta, non ſolùm, vt libertate vobiſcum fruerentur, conceſſiſtis, ſed etiam iudicandi & concionandi de re cõ-

Iniquitas eorum, qui Remp. occupabant, triginta-virorum tempore.

Ἡγούμενος ἀκριβῆ νῦν τὴν δοκιμασίαν αὐτοῦ διὰ τὸν χρόνον ποιήσασθαι. ἐπεὶ σύνοιδα πολλὰ καὶ δεινὰ εἰς αὐτοὺς ἐξημαρτηκώς, ὧν ἐπιλελῆσθαι καὶ οὐδ' ἀναμνησθήσεσθαι ἐνίους αὐτῶν νομίζεις. ὃ δὴ ἀγωνιῶ καὶ ἀγανακτῶ, εἰ ταύτῃ τῇ ἐλπίδι εἰς ὑμᾶς ἥκει πιστεύων· ὥσπερ ἄλλων μὲν τινῶν ὄντων τῶν ἠδικημένων, ἑτέρων δὲ τῶν ταῦτα διαψηφιουμένων, ἀλλ' οὐκ ἀμφότερα τῶν αὐτῶν καὶ πεπονθότων καὶ ἀκουσομένων. αἴτιοι δὲ τούτων ὑμεῖς ἐστέ. οὐ γὰρ ἐνθυμεῖσθε ὅτι οὗτοι μὲν, ὅτε ἡ πόλις ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἤρχετο, οὐδὲ τῆς αὐτῆς δουλείας ἡμῖν μεταδοῦναι ἠξίωσαν, ἀλλὰ καὶ τῆς πόλεως ἐξήλασαν· ὑμεῖς δὲ ἐλευθέραν αὐτὴν ποιήσαντες, οὐ μόνον τῆς ἐλευθερίας αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῦ δικάζειν καὶ τοῦ ἐκκλησιάζειν περὶ τῶν κοινῶν

νῶν μετέδοτε. ὥστε εἰκότως ὑμῶν ταύτην τὴν εὐήθειαν καταγινώσκουσιν· ὧν εἷς οὗτος ὢν οὐκ ἀγαπᾷ εἴ τις αὐτὸν ἐᾷ τούτων μετέχειν, ἀλλὰ καὶ πρὶν ἐκείνων δοῦναι δίκην, πάλιν ἄρχειν ἀξιοῖ. καὶ νυνὶ αὐτὸν ἀκούομεν, ὑπὲρ ὧν αὐτοῦ κατηγοροῦμεν, διὰ βραχέων ἀπολογήσεσθαι, ἐπισύροντα τὰ πράγματα, καὶ διακλέπτοντα τῇ ἀπολογίᾳ τὴν κατηγορίαν. λέξειν δὲ ὡς πολλὰ εἰς τὴν πόλιν ἀνηλώκασι, καὶ φιλοτίμως λελειτουργήκασι, καὶ νίκας πολλὰς καὶ καλὰς ἐν δημοκρατίᾳ νενικήκασι. καὶ ὅτι αὐτὸς κόσμιός ἐστι, καὶ οὐχ ὁρᾶται ποιῶν ἃ ἕτεροι ἐνταῦθα τολμῶσιν, ἀλλὰ τὰ ἑαυτοῦ πράττειν ἀξιοῖ. ἐγὼ δὲ πρὸς τούτους τοὺς λόγους οὐ χαλεπὸν οἶμαι ἀντειπεῖν. πρὸς μὲν τὰς λειτουργίας, ὅτι κρείττων ἦν ὁ πατὴρ αὐτοῦ μὴ λειτουργήσας, ἢ τοσαῦτα τῶν ἑαυτοῦ ἀναλώ-

muni poteſtatẽ ipſis tribuiſtis. Quare meritò vos temeritatis condemnãt: quorũ hic vnus cum ſit, non acquieſcit, quod hiſce dictis frui liceat, ſed priuſquã magiſtratus geſti rationem reddidit, alio magiſtratu fungi poſtulat. Et nunc audimus, ad ea, quę breuiter & ſuccincte in ipſo accuſamus, prolixis rerum ambagib. reſponſurum, vt veſtros animos ab accuſatione auertat. Dicturum autem, 2.
quod [pater & ipſe] multa Reip. impenderint, multa in munerum publicorum ſplendore cõſumſerint, victoriis non paucis eiſq; magnificis in democratia potiti ſint: ꝙ modeſtum ſe præbeat, nec quæ alii audent, ab ipſo deſignari animaduertantur, ſed ſuarũ rerum curã gerat. At ego hiſce nõ difficulter reſponderi poſſe arbitror. Nam quod ad publica attinet miniſteria, dico; præſtitiſſe, patrẽ eius non eſſe functũ illis muneribus, quàm eis tãtam impendiſſe vim pe-

Occupatio, qua diluit ea quæ ab aduerſario adduci poterant.

cuniarum. His enim effectum est, vt populus ei fidem haberet, atq; ita tandem popularē statum euerteret. Adeo vt hæc [quæ præter munera publica gessit] laude sint digniora, q̃ donaria & encomia publicis functionibus comparata. Quod verò ad huius modestiam attinet, respondeo, Non esse inquirendũ, an nunc honestè se gerat, quando procaciter ipsi viuere nō licet: sed illud tempus potius respiciendũ, quo, dũ suo ipsi modo viuere licebat, improbè & proteruè in Republ. versatus est. Quod n. nunc nihil delinquat, his, qui obstiterunt, tribuendũ; quæ autem tunc contigerunt, ex huius, & horum qui permiserunt moribus profecta sunt. Itaq; si vitæ suæ examen ex illis fieri cupit, hæc respondēda sunt, ne insulsi ipsi esse videamini. Quod si orationē eo conuertant, vt dicant tempore vos excludi, quo minus alius in functionis sortē admittatur; necesse autem esse, si hic repudietur, con-

Tu nihil admittes in te formidine pœnæ. Hor. lib. 1. epist. ad Quintium.

III.

Occupatio 2. qua negat patria sacra neglectum iri, si hic reiiciatur.

σας. διὰ γὰρ ταῦτα πιστευθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου, κατέλυσε τὴν δημοκρατίαν· ὥστ' εἶναι ταῦτα τὰ ἔργα ἀειμνηστότερα ἢ τὰ ἐκ τῶν λειτουργιῶν αὐτῷ ἀναθήματα. πρὸς δὲ τὴν ἡσυχιότητα τὴν τούτου, ὅτι οὐ νῦν δεῖ αὐτὸν ἐξετάζειν εἰ σώφρων ἐστὶν, ὅτ' αὐτὸν οὐκ ἔξεστιν ἀσελγαίνειν· ἀλλ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον σκοπεῖν, ἐν ᾧ ἐξὸν ὁποτέρως ἐβούλετο ζῆν, εἵλετο παρανόμως πολιτευθῆναι. τοῦ μὲν γὰρ νῦν μηδὲν ἐξαμαρτάνειν οἱ κωλύσαντες αἴτιοι· τῶν δὲ τότε γενομένων, ὁ τούτου τρόπος, καὶ οἱ τούτῳ ἐπιτρέπειν ἀξιοῦντες. ὥστε ἂν ἐκ τούτων δοκιμάζεσθαι ἀξιοῖ, ταῦτα χρὴ ὑπολαμβάνειν, μὴ εὐήθεις αὐτῷ εἶναι δοκῆτε. ἂν δὲ καὶ ἐπὶ τοιόνδε λόγον τράπωνται, ὡς ὁ χρόνος οὐκ ἐχώρει ἄλλον ἀποκληρῶσαι, ἀλλὰ ἀνάγκη, ἐὰν αὐτὸν ἀποδοκιμάσητε

ἀθυ-

ἄθυτα τὰ πάτρια ἱερὰ γίγνεσθαι· τάδ' ἐνθυμήθητε, ὅτι πάλαι ὁ χρόνος ἤδη παρελήλυθεν. ἡ γὰρ αὔριον ἡμέρα μόνη λοιπὴ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐστιν, ἐν ᾗ ταύτῃ τῷ Διῒ τῷ σωτῆρι θυσία γίγνεται· δικαστήριον δὲ παρὰ τοὺς νόμους δυνατὸν πληρωθῆναι. εἰ δὲ ταῦτα παρ' αὐτὸν οὕτως ὥστε γενέσθαι διαπέπρακται, τί προσδοκῆσαι δεῖ δοκιμασθέντ' αὐτὸν ποιήσειν, εἰ τὴν ἀξιοῦσαν ἀρχὴν πέπεικεν αὐτοῦ οὕνεκα παρανομῆσαι; ἆρ' ἂν ὀλίγα τοιαῦτα ἐν τῷ ἐνιαυτῷ διαπράξασθαι; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐκ ἂν οἶμαι. ἔστι δ' ὑμῖν οὐ τοῦτο μόνον σκεπτέον, ἀλλὰ καὶ πότερον εὐσεβέστερον, τὸν βασιλέα καὶ τοὺς συνάρχοντας τὰ ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος ἄρξειν ἱερὰ θῦσαι, ὡς καὶ πρότερον ἤδη γεγένηται· ἢ καὶ τοῦτον, ὃ οὐδὲ καθαρὸν εἶναι τὰς χεῖρας οἱ εἰδότες μεμαρτυρήκασι· καὶ πότερον ὑμεῖς ὀμόσαντε εἰς τὴν ἀρχὴν ἀδοκίμαστον κα-

ſueta patriæ ſacrificia negligi: cogitabitis iampridem tempus iuſtum præteriiſſe. Sola enim huius anni dies craſtina ſupereſt, qua Ioui ſeruatori ſacrificium offertur. At iudicium hoc extra ordinē poteſt abſolui. Quod ſi hæc omnia, vt ita fierent, hic procurauit, quid ipſum iam ad Magiſtratū admiſſum arbitramini facturum, vbi volenti Magiſtratui nunc perſuaſerit, vt ipſius cauſſa leges negligat? Nunquid ergo exigui momenti eſt; talia vnius anni ſpatio vt facta tranſactaq; ſint, procurare? Mihi profectò non videtur. Quanquam nō id ſolùm vobis conſiderandū ſit, ſed, vtrum ſit magis pium, Regem ipſum ſacrorum cum ſuis collegis, pro futuro Magiſtratu, vt olim fieri conſuetum eſt, victimas offerre; an hūc, quem ne puris quidē eſſe manibus teſtes rerū gnari affirmarunt? & vtrum vos iuraueritis, cum vos ad Magiſtratum euecturos, quem deprehēdiſtis

reprobum; an eum, qui inquiſitione facta magiſtratu dignus animaduertitur honoraturos?

IV. *Quare probationis lex instituta.*

Hæc cōſiderate, & illud etiam cogitate, quod, qui probationis legem tulit, eorum maximè gratia, qui in oligarchia magiſtratu aliquo functi ſunt, tulerit; iniquum eſſe exiſtimans hos, qui Democratiā euerterunt, rurſum munerib. publicis in eadem Rep. præeſſe, in quā tam turpiter & acerbè iniqui & contumelioſi fuerant. Itaq; non negligenter hoc probationis negotium tractare, neq; vilipendendo, minorē eius curam gerere, ſed diligenter potius obſeruare oportet; quod in legitimo & iuſto cuiuſq; imperio tam Reipubl. quàm vniuerſi populi ſalus conſiſtat.

* *Comparatione à minore ad maius Euandrum nō eſſe ad Magiſtratum admittendū.*

Quod ſi probatus iam, & in Senatum receptus eſſet, & *nomen eius inter eos, qui triginta-virorum tempore equitarunt, in tabulis deſcriptum inueniretur; etiam nullo accuſante, ipſum

στερήσειν, ἢ δοκιμάσαντες τὸν ἄξιον τῆς ἀρχῆς στεφανώσειν. ταῦτα γὰρ σκοπεῖσθε· κἀκεῖνο ἐνθυμεῖσθε, ὅτι ὁ θεὶς τὸν περὶ τῶν "δοκιμασιῶν νόμον, οὐχ ἥκιστα περὶ τῶν ἐν ὀλιγαρχίᾳ ἀρξάντων ἕνεκεν ἔθηκεν· ἡγούμενος δεινὸν εἶναι, εἰ δι' οὓς ἡ δημοκρατία κατελύετο, οὗτοι ἐν αὐτῇ τῇ πολιτείᾳ πάλιν ἄρξουσι, καὶ κύριοι γενήσονται τῶν νόμων καὶ τῆς πόλεως, ἣν πρότερον περιλαβόντες, οὕτως αἰσχρῶς καὶ δεινῶς ἐλωβήσαντο. ὥστ' οὐκ ἄξιον τῆς δοκιμασίας ὀλιγώρως ἔχειν. οὐδὲ, μικρὸν ἡγουμένους τὸ πρᾶγμα, μὴ φροντίζειν αὐτῆς, ἀλλὰ φυλάττειν· ὡς ἐν τῷ ἕκαστον δικαίως ἄρχειν ἥ τε πολιτεία καὶ τὸ ἄλλο πλῆθος τὸ ὑμέτερον σώζεται. εἰ μὲν βουλεύσειν νυνὶ ἐδοκιμάζετε, καὶ ὡς ἱππευκότος αὐτοῦ ἐπὶ τῶν τριάκοντα, *ἄρμα ἐν ταῖς σανίσιν ἐνεγέγραπτο, ἢ ἄνευ κατηγόρου ἂν αὐτὸν

ἀπεδο-

ἀπεδοκιμάζετε· νυνὶ δὲ, ὅτε μὴ μόνον ἱππευκὼς μηδὲ βεβουλευκὼς, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ πλῆθος ἐξημαρτηκὼς φαίνεται, οὐκ ἂν ἄτοπον ποιήσαιτε εἰ [μὴ] τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντες περὶ αὐτοῦ φανεῖσθε." καὶ μηδὲν δὴ βουλεύσειν γε δοκιμασθεὶς πεντακοσιοστὸς ὢν, μετὰ τῶν ἄλλων ἐνιαυτὸν ἂν μόνον "ἐβούλευσας. ὥστε καὶ εἴ τι ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐξαμαρτάνειν ἐβούλετο ῥαδίως ἂν ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐκωλύετο. ταύτης δὲ τῆς ἀρχῆς ἀξιοῖ μόνος αὐτὸς καθ' αὑτὸν ἄρχειν, καὶ μετὰ τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλῆς τὸν ἅπαντα χρόνον τῶν μεγίστων κύριος γίνεσθαι. ὥστε ὑμῖν καθήκειν περὶ ταύτης τῆς ἀρχῆς ἀκριβεστέραν τὴν δοκιμασίαν ἢ περὶ τῶν ἄλλων ἀρχῶν ποιεῖσθαι. εἰ δὲ μὴ, πῶς οἴεσθε τὸ ἄλλο πλῆθος τῶν πολιτῶν διακείσεσθαι, ὅταν αἴσθωνται, ὃν προσῆκε δίκας τῶν ἡμαρτημένων διδόναι, τοῦτον ὑφ' ὑμῶν τοιαύτης ἀρχῆς ἠξιωμένον; ἢ φόνου δι-

repudiaretis: Nunc autē cum non solum equitasse & Senatorem fuisse; sed & grauiter in populū deliquisse constet; nihil absurdi feceritis, *si (quo ipse in vos fuit) eodem vos in ipsum animo esse demonstretis. Et quidem si in Senatum receptus esset, quandoquidē quingentorum vnus fuisset, & cum reliquis annum solum Senator; facile, si quid eo tempore delinquere conatus esset, ab aliis prohibitus fuisset. *

V. *Non posse admitti sine Reip. periculo & dedecore.*

Huic autem Magistratui voluit ipse per se solus præesse, & cum Areopagitico consilio per omne tempus summam maximarum rerū habere potestatem: vt idcirco accuratiore opus sit probatione in hoc Magistratu, quàm in aliis. Quæ nisi adhibeatur, quo animo putatis reliquam ciuium multitudinem fore, vbi intellexerint, quem dare sui flagitii pœnas oportebat, hunc à vobis amplissimo Magistratu esse ornatum? & de capite al-

terius ferre sententiam, quem ab ipso Areopagitico consilio iudicari cõueniebat? Adhæc vbi viderint corona insignitũ, & pupillorum ac orphanorum creatum esse tutorem patronum, quorum nonnullis ipse (cùm in illorum numero esset) caussa fuerit, vt orphani fierent? An non putatis
3. ipsos ægrè laturos, & vobis illorum culpam esse
* *asscripturos, si fierent
* * quæ illis contigerunt temporibus, cum illorum multi in carcerem abducebantur, & indicta caussa ab his interficiebantur, aut patria exsulare cogebantur?
VI. Illud præterea cogitent, quod idem hic vir Thrasybulus in caussa fuerit, cur Laodamas tanquam inidoneus reiiceretur, & hic (quantum in ipso erat) reciperetur: cùm illum accusaret, hunc verò magno conatu defenderet, ac diceret, quo hic animo esset erga Rempublicam; & quorum ille malorum auctor fuisset Reipubl.

Argumentum à pari, Laodamas reiectus est, ergo & hic reiiciendus.

καὶ δικάζοντα, ὃν ἔδει αὐτὸν ὑπὸ τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλῆς κρίνεσθαι; καὶ πρὸς τούτοις ἴδωσιν ἐστεφανωμένον, καὶ ἐπικλήρων καὶ ὀρφανῶν κύριον γεγενημένον, ὧν ἐνίοις αὐτὸς, ὢν τοιοῦτος, τῆς ὀρφανίας αἴτιος γεγένηται; ἆρ' οὐκ οἴεσθε αὐτοὺς χαλεπῶς διακεῖσθαι, καὶ ὑμᾶς αὐτῶν αἰτίους ἡγήσεσθαι, ὅταν γνῶνται τὰ ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις γεγενημένα, ἐν οἷς αὐτῶν πολλοὶ εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπήγοντο, καὶ ἄκριτοι ὑπὸ τούτων ἀπώλλυντο, καὶ φεύγειν τὴν σφετέραν αὐτῶν ἠναγκάζοντο; κἀκεῖνο προσενθυμηθῶσιν, ὅτι ὁ αὐτὸς οὗτος ἀνὴρ Θρασύβουλος αἴτιος γεγένηται Λαοδάμαντά τε ἀποδοκιμασθῆναι, καὶ τοῦτον δοκιμασθῆναι· τοῦ μὲν κατήγορος γενόμενος, ὑπὲρ τούτου δ' ἀπολογήσεσθαι παρασκευασάμενος, ὅπως πρὸς τὴν πόλιν διακεῖσθαι· καὶ πόσων αἴτιος αὐτῇ κακῶν γεγένηται ἢ πει-

ἢ πειθόμενοι πῶς ἂν οἴεσθε διαβληθῆναι; ὅτι μὲν γὰρ ὑμᾶς ᾤοντο ὀργισθέντας, Λαοδάμαντα ἀποδοκιμάσητε· ἐὰν δὲ αὐτὸν δοκιμάσητε, εἴσονται ὅτι οὐ δικαίᾳ γνώμῃ περὶ αὐτοῦ κέχρησθε. ἔστι δὲ τούτοις μὲν πρὸς ὑμᾶς ἀγών, ὑμῖν δὲ πρὸς ἅπασαν τὴν πόλιν, ἣ σκοπεῖ νυνὶ τίνα ὑμεῖς γνώμην περὶ αὐτῆς ἕξετε. καὶ μηδεὶς ὑμῶν ἡγείσθω με Λαοδάμαντι χαριζόμενον κατηγορεῖν Εὐάνδρου, ὅτι φίλος ὢν τυγχάνει, ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τῆς πόλεως προνοούμενον. ῥᾴδιον δ' ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος μαθεῖν. "Λαοδάμαντι γὰρ συμφέρει τοῦτον δοκιμασθῆναι (οὕτω γὰρ ὑμεῖς μάλιστα διαβληθήσεσθε, καὶ δόξετε ἀντὶ δημοτικῶν ἀνθρώπων ὀλιγαρχικοὺς εἰς τὰς ἀρχὰς καθιστάναι) ὑμῖν δέ, τόνδε ἀποδοκιμάσαι. δόξετε γὰρ κἀκεῖνον δικαίως ἂν ἀποδοκιμάσαι· ἐὰν δὲ μηδὲ τόνδε, οὐδ' ἐκεῖ-

*Quibus cùm fidem adhibueritis, an putatis vos nulla maculandos infamia? Ac *tunc quidē existimabant vos ira percitos Laodamantem *repudiasse: *nunc autem si hunc ipsum probandum iudicaueritis, certò sibi persuadebūt, vos iniquo in illum animo fuisse. Et horum quidem caussa apud vos agitur, vestra verò apud vniuersum populū, qui studiose obseruat, quænā futura sit vestra de se sententia. Cæterùm nemo vestrum opinetur, me, in gratiā Laodamantis, Euandrum accusare, quod mihi amicus sit; sed vt vobis, ac Reip. consulam; quod res ipsa facile docebit. Laodamāti siquidem profuturū esset, hunc approbari; (ea enim ratione vos maximā subiretis infamiā, & pro popularibus videremini oligarchicos ad magistratum promouere) vobis autem prodesset hunc repudiari. Ita enim videbimini & illum merito reiecisse. Sin minus hunc, ne illū qui-

A metu infamiæ.

*
*
*
*

VII.

Προκατάληψις, *qua suspicioni occurrit.*

Occupatio, qua, quæ ab aduersario opponi poterant, dissoluit.

dem merito. Atqui ipsum dicturũ audio, quod hæc inquisitio non ad se solùm, sed ad vniuersam eorum multitudinem pertineat, qui in vrbe remãserant: de iuramẽtis quoque & pactis admoniturum, velut ex his sit collecturus, probandos etiã illos, qui in vrbe remanserunt. At ego pro populo breuiter huic respondere volo: Quod populus nõ idem sentiat, de omnibus, qui in vrbe restiterunt: sed de his, qui tam grauiter deliquerunt, idẽ quod ego; de aliis, contrà iudicat. Cuius rei signum est, quod nõ minore honore dignetur quosdam ipsorũ, quàm qui ad Phylen confluxerant, & Piræum occupauerant: Idque iustissima de caussa. De his enim solùm constat, quales se in Democratia præbuerint; quales autem in oligarchia futuri essent, nondum periculum fecimus. Alii vero in vtraq; Republica sufficiẽs sui specimen dedere, vt merito ipsis fidere liceat.

Distinctione adhibita, quid de his qui in vrbe remãserant, sentiendum sit, declarat.

νον δικαίως. καίτοιγε αὐτὸν ἀκούω λέξειν ὡς οὐ περὶ αὐτοῦ μόνον ἡ δοκιμασία ἐστὶν, ἀλλὰ περὶ πάντων τῶν ἐν ἄστει μεινάντων· καὶ τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας ὑμᾶς ὑπομνήσειν, ὡς ἐκ τούτων προσληψόμενον αὐτὸν δοκιμαστὰς τοὺς ἐν ἄστει μείναντας. ἐγὼ ὑπὲρ τοῦ πλήθους βραχέα πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν βούλομαι· ὅτι ὁ δῆμος οὐ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχει περὶ πάντων τῶν ἐν ἄστει μεινάντων, ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν τοιαῦτα ἐξαμαρτανόντων, οἵαν ἐγὼ φημι δεῖν, περὶ δὲ τῶν ἄλλων τὴν ἐναντίαν. τεκμήριον δέ· οὐ γὰρ ἐλάττους τούτων ἡ πόλις τετίμηκε τῶν ἐπὶ Φυλὴν ἐλθόντων, καὶ τὸν Πειραιᾶ καταλαβόντων. εἰκότως· τοὺς μὲν γὰρ ἴσασιν ὁποῖοί τινες ἐν δημοκρατίᾳ μόνῃ γεγένηνται, ὁποῖοι δ' ἂν τινες ἐν ὀλιγαρχίᾳ γένοιντο, οὔπω πεῖραν εἰλήφασι· παρὰ δὲ τούτων ἑκατέρας τῆς πολιτείας ἱκανὴν βάσανον ἔχουσιν, ὥστ' εἰκότως πιστεύειν·

καὶ ἡγοῦνταί γε, διὰ μὲν τοὺς τοιούτους συλληφθέντας, τότε ἀποθανεῖν, διὰ δὲ τοὺς ἄλλους τοὺς συλληφθέντας ἐκφεύγειν. ἐπεὶ εἴ γε τὴν αὐτὴν γνώμην ἅπαντες ἔσχον, οὔτ' ἂν φυγὴ, οὔτ' ἂν κάθοδος, οὔτ' ἄλλο οὐδὲν ἂν τῶν γεγενημένων τῇ πόλει συνέβη. ἀλλὰ "καὶ τὸ ἄλογον δοκεῖ εἶναι παρά πασιν, ὅπως ποτὲ πολλοὶ ὄντες ὑπ' ὀλίγων τῶν ἐν Πειραιεῖ ἡττήθησαν, οὐδαμόθεν ἄλλοθεν ἢ ἐκ τῆς τούτων προνοίας γεγένηται. οὗτοι γὰρ εἵλοντο μετὰ τῶν κατελθόντων πολιτεύεσθαι μᾶλλον, ἢ μετὰ τῶν τριάκοντα Λακεδαιμονίοις δουλεύειν. τοιγάρτοι ἀντὶ τούτων αὐτοὺς ὁ δῆμος ταῖς μεγίσταις τιμαῖς τετίμηκεν, ἱππαρχεῖν καὶ στρατηγεῖν καὶ πρεσβεύειν ὑπὲρ αὐτῶν αἱρούμενοι· καὶ οὐδέποτε αὐτοῖς μετεμέλησε. καὶ διὰ μέν γε τοὺς πολλοὺς ἐξαμαρτόντας, τὰς δοκι-

Ac ipſorum [iniquorum] quidẽ opera exiſtimãt ſe in mortis diſcrimen fuiſſe adductos; aliorũ verò illorũ auxilio id effugiſſe. Quod ſi in eadem omnes [qui in vrbe remanſerãt] fuiſſent ſententia; neque vlla ciuium facta fuiſſet fuga, neq; patuiſſet reditus, neq; aliud quicquam eorũ, quæ facta ſunt, ciuitati eueniſſet. Nam & hoc quod præter omnem rationẽ accidiſſe videtur, quod multi, à paucis illis, 4. qui in Piræo erant, victi ſint, nõ aliunde, quàm ex ipſorum induſtria, & cõſilio profectum eſt. Hi n. maluerũt cum ipſis ad vrbem redeuntibus Repu. potiri, quàm cum Triginta-viris Lacedæmoniis ſeruire. Quarum rerum gratia maximis ipſos honoribus affecit populus, vt & equitum præfecti, & militiæ Duces eſſent, & pro populo legationes obirent: neq; vnquã tantæ erga hos benignitatis pœnituit. Et quidem propter frequẽtiam eorum, qui deliquerunt, inquiſi-

VIII. *Laus proborum, qui in vrbe remãſerant.*

tiones & examina instituta sunt: propter eos vero qui nihil tale cōmiserunt, eiusmodi fecerunt fœdera, vt ea pro populi salute putem cōseruanda.

IX. Atqui vestrum est considerare, Iudices, vtri fidem adhibendo in huius quæstionis probatione, melius Reip. sitis consulturi; mihine an Thrasybulo, qui istius caussam tuebitur. Qui profecto neque de me, neq; de patre, neque de maioribus quicquam habeat dicere, quo nostrum quenquā, à populo animo vnquam alieno fuisse declaret: nō me in oligarchicorum partibus fuisse; cùm aliquanto post tempore virilem togam sumserim: non patrē qui longè ante hanc discordiam in Sicilia Magistratu summo fungēs obiit: non maiores tyrannis obsecutos esse; quippe qui omni tempore aduersari eis, perstiterunt. Sed ne id quidē dicet, nos opes nostras in bello corrasisse, & nihil Reip. impendisse. Res enim con-

De se actor loquitur, seque aduersus calūnias munit.

μασίας εἶναι ἐψηφίσαντο· διὰ δὲ τοὺς μηδὲν τοιοῦτον πράξαντας, τὰς συνθήκας ἐποιήσαντο τοιαύτας, οἵας ἐγὼ ὑπὲρ τοῦ δήμου ἀποκρίνομαι. ὑμέτερον δὴ ἔργον ἐστίν, ὦ ἄνδρες βουλευταί, σκέψασθαι ποτέρῳ ἂν πειθόμενοι περὶ τῆς δοκιμασίας ταύτης, ἄμεινον βουλεύσαισθε· πότερον ἐμοί, ἢ Θρασυβούλῳ, ὃς αὐτῷ ἀπολογήσεται. περὶ μὲν οὖν ἐμοῦ, ἢ τοῦ πατρός, ἢ τῶν προγόνων, οὐδὲν οὕτως εἰπεῖν ἕξει εἰς μισοδημίαν· οὔτε γὰρ ὡς ὀλιγαρχίας μετέχον (ὕστερον γὰρ τῶν χρόνων τούτων ἀνὴρ εἶναι ἐδοκιμάσθην) οὔθ' ὡς ὁ πατήρ. πρὸ γὰρ τῶν στάσεων πολὺ ἐν Σικελίᾳ ἄρχων ἐτελεύτησεν. οὐδ' ὡς οἱ πρόγονοι ὑπὸ τοῖς τυράννοις ἐγένοντο. στασιάζοντες γὰρ πρὸς αὐτοὺς τὸν ἅπαντα χρόνον διετέλεσαν. ἀλλὰ μὴν δὴ οὐδὲ τὴν οὐσίαν ἡμᾶς ἐν τῷ πολέμῳ φήσει κτήσασθαι, εἰς δὲ τὴν πόλιν οὐδὲν ἀνηλωκέναι. πάντα γὰρ τοὐν-

αντίον

αντίον, ἐν εἰρήνῃ ὀγδοήκοντα τάλαντα ἡμῶν ὁ οἶκος ἐγένετο, εἰς δὲ τὴν τῆς πόλεως σωτηρίαν ἐν τῷ πολέμῳ ἅπας ἀνηλώθη. ἐγὼ δὲ περὶ τούτου τρία ἔχω εἰπεῖν τηλικαῦτα τὸ μέγεθος, ὥστ' ἄξιον εἶναι ἕκαστον ἔργον θανάτου. πρῶτον μὲν, ὅτι τὴν ἐν Βοιωτοῖς πολιτείαν, χρήματα λαβὼν, μετέστησε, καὶ τῆς συμμαχίας ἡμᾶς ταύτης ἀπεστέρησεν· ἔπειτα, ὅτι τὰς ναῦς προὔδωκε, καὶ τὴν πόλιν περὶ σωτηρίας βουλεύεσθαι πεποίηκεν· ἔπειτα, ὅτι παρὰ τῶν αἰχμαλώτων, οὓς αὐτὸς ἀπώλεσε, τριάκοντα μνᾶς ἐσυκοφάντησεν· οὐ φάσκων αὐτοὺς λύσεσθαι, εἰ μὴ τοῦτο αὐτῷ παρὰ σφῶν αὐτῶν παράσχοιεν. συνειδότες οὖν ἡμῶν ἑκατέρων τὸν βίον, πρὸς ταῦτα βουλεύεσθε ὁποτέρῳ χρὴ πιστεύειν περὶ τῆς Εὐάνδρου δοκιμασίας, καὶ οὕτως οὐκ ἐξαμαρτήσεσθε.

trario modo se habet. Nã in pace octoginta talentorum erat nobis res familiaris, quæ ad Reip. salutem in bello vniuersa consumta est. Cæterùm ego tria habeo de ipso, quæ commemorem, tanti singula momenti, vt vnumquodq; per se capitis pœnam mereatur. Primùm quidẽ quod in Bœotiis Reipu. formam, pecunia accepta, mutarit, & ea societate nos spoliarit. Deinde ꝙ naues prodiderit, & ciuitatem in eas angustias adegerit, vt nulla alia de re, quàm de sua salute sibi deliberandum putaret. Postremo quod à captiuis, quos ipse perdidit, triginta minas calumniis extorserit, affirmans se ipsos non dimissurum, nisi hæ sibi ab ipsis præberẽtur. Cum igitur vtriusq; nostrum vita sit vobis cognita & explorata, deliberate vtri potius de Euandri probatione, & ad Magistratum admissione fides sit adhibenda, atque ea ratione non fallemini.

X.
Aduersus Thrasybulũ Euãdri patronum.

Peroratio.

LYSIÆ ADVERSVS EPIcratem, & eos, qui cum ipſo legatione functi ſunt, Epilogus XXVI.

ΛΥΣΙΟΥ ΚΑΤᾺ ἘΠΙΚΡΆτους καὶ τῶν συμπρεσβευτῶν ἐπίλογος.

Interprete IODOCO VANDERHEIDIO.

IN EPILOGVM ADVERSVS EPICRAT.

Quod hactenus ſeruaui, vt ſingulis Orationibus aliquid præfigerem argumenti, id hic mihi conandum non putaui; quod mihi res neque ex hac orationis particula, neque ex hiſtoriis eſſet cognita. Libenter enim hic inſcitiam meam agnoſco, vt & in aliis, quæ ingenioli mei captum vel fugiunt, vel excedunt. Quæ enim fuerit hæc legatio, qua Epicrates cum ſuis functus eſt, non liquet. Tota namq; huius legationis accuſatio periit: ſupereſt tantum quoddam illius velut ἀποσπασμάτιον, quo declaratur, non in legatione tantùm, ſed in aliis quoque Reipub. negotiis hos improbè ſe geſſiſſe; auaritiamq; horum omni ex parte ſe oſtendiſſe; vt tam Iudicum, quàm eorum teſtimonio patere docet, qui hos ipſos pecuniis & muneribus placarunt, ſibiq; conciliarunt. Quare ne exſpectandum quidem eſſe in re tam manifeſta Iudicum ſententiam cenſet; ſed iuſſu populi ſtatim extremo ſupplicio afficiendos, nec vllorum precibus condonandos.

1. *Præclara eſt illa Ciceronis ſententia:* Nullum vitium tetrius, quàm auaritia; præſertim in Principibus & Rempub. gubernantibus. *Addere cauſam licet, quod horum ſit alios maximè ab auaritia auocare, quodq; liberorũ cauſſa non debeant nimis eſſe ſolliciti, vt iis omnia perueriant,*

uertant. Habere quæstui Rempub. *(vt idem ait)* non modo turpe est, sed sceleratum etiam, ac nefarium. *Quis hoc Ciceroni ita seriò dicenti hodie credit? An non pene dixerim omnes ita agunt, ac si quæstui habere Rempublicam pulcrum esset, laudabile & honestum? Sed, si qui adhuc supersunt saniore ingenio præditi, velim adhibeant fidem eidem dicenti:* Caput esse, in omni procuratione negotii, & muneris publici, vt auaritiæ pellatur etiam minima suspicio. *Nam (vt eiusdem verbis vtar)* nihil honestius magnificētiusq;, quàm pecuniam contemnere, si non habeas; si habeas, ad beneficentiam, liberalitatemq; conferre. *Erunt fortassis nonnulli, qui has Ciceronis sententias putabunt laudandas, sed vbi illos inueniemus, qui reipsa declarent probandas? qui non Epicratem hunc malint imitari, quàm Ciceronis monitionibus obtemperare?*

Κατηγόρηται μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Ἐπικράτους ἱκανὰ καὶ τῶν συμπρεσβευτῶν· ἐνθυμεῖσθαι δὲ χρὴ ὅτι πολλάκις ἠκούσατε τούτων λεγόντων, ὁπότε βούλοιντό τινα ἀδίκως ἀπολέσαι, ὅτι εἰ μὴ καταψηφιεῖσθε ὧν αὐτοὶ κελεύουσιν, ὑπολείψει ὑμᾶς ἡ μισθοφορά. καὶ νυνὶ οὐδὲν ἧττον τοῦτον ἐνδεῖ, ὥστε τὸ μὲν *πλῆθος καὶ ἡ αἰσχύνη ἡ διὰ τούτων † ἡμῖν γίνεται, ἡ δ' ὠφέλεια τούτοις.

IN multis, Athenienses, accusatur Epicrates, & qui cū ipso functi sunt legatione. I.

Recordari au ē oportet eorum, quæ sæpe ex ipsis audiuistis, quando aliquē iniquis suis criminationibus obruere nitebantur; quod, scilicet, emolumēto & commodo destitueremini, nisi, quos ipsi vellent, condemnaretis. *Calumniæ Epicratis & sociorum.*

Quod nihilominus nunc adeo in contrarium recidit, vt *indignatio & dedecus ad *vos, commodum ad hos peruenerit. * *Dedecus Iudicum.* *

Experientia enim didicerunt, quod, si vel ipsi, vel ipsorum orationes ad iniquam vos sententiam impellere viderentur, facili tunc ratione à delinquentibus pecunias extorquerent. Quæ autem est spes salutis, si ex pecuniis pendet vt aut saluemur, aut non? Quas pecunias custodes hi à vobis constituti vt iniuriarum vindices & furentur, & munerum accipiendorũ desiderio corrupti accipiant: Quorum iniquitas non hoc tantùm tempore comperta est, sed & aliàs in munerũ corruptela conuicti sunt.

Male se habere, quando pecuniâ efficitur, quòd innocentia præstare debebat.

II. Habeo autem cur vobiscum expostulem, si, quo *crimine Oromasandrũ condemnastis, hunc absoluatis, * eodem accusatore, eisdem testibus; qui non ex
1. aliis audiuisse, sed sese esse eos fatentur, qui hosce pecuniis & muneribus sibi conciliarunt. Id autem omnibus constat, quod statutis exemplis alios ab

Ab exemplo.

πεπείρανται γὰρ ὅτι ὁπότε αὖ οὗτοι καὶ οἱ τούτων λόγοι δοκῶσιν αἴτιοι εἶναι ψηφίσασθαι ὑμᾶς παρὰ τὸ δίκαιον, ῥαδίως παρὰ τῶν ἀδικούντων χρήματα λαμβάνουσι. καίτοι τίνα χρὴ ἐλπίδα ἔχειν σωτηρίας, ὁπόταν ἐν χρήμασιν ᾖ καὶ σωθῆναι τῇ πόλει καὶ μή; ταῦτα δὲ οὗτοι φύλακες ὑφ' ὑμῶν καταστάντες, οἱ τῶν ἀδικούντων κολασταί, κλέπτωσί τε καὶ καταδωροδοκῶσι; καὶ οὐ νῦν πρῶτον ὤφθησαν ἀδικοῦντες, ἀλλὰ καὶ πρότερον ἤδη δώρων ἐκρίθησαν. καὶ ὑμῖν ἔχω ἐπικαλέσαι, ὅτι τοῦ αὐτοῦ ἀδικήματος Ὀνομάσαντος μὲν κατεψηφίσασθε, τούτου δὲ ἀπεψηφίσασθε τοῦ ἀνδρὸς ἁπάντων κατηγορούντων, καὶ τῶν αὐτῶν καταμαρτυρούντων, οἳ οὐχ ἑτέρων ἤκουσαν, αὐτοὶ δὲ ἦσαν οἱ περὶ τῶν χρημάτων καὶ τῶν δώρων πρὸς τούτους πράττοντες. καίτοι τοῦτο ἅπαντες ἐπίστασθε, ὅτι οὐχ ὅταν τοὺς μὴ δυνα-

μὴ δυναμένους λέγειν κολάζητε, τότε ἔσται παράδειγμα τοῦ μὴ ὑμᾶς ἀδικεῖν· ἀλλ' ὁπόταν παρὰ τῶν δυναμένων δίκην λαμβάνητε, τότε πάντες παύσονται ἐπιχειροῦντες εἰς ὑμᾶς ἐξαμαρτάνειν. νῦν δ' ἀσφαλῶς αὐτοῖς ἔχει τὰ ὑμέτερα κλέπτειν. ἂν μὲν γὰρ λάθωσιν, ἀδεῶς αὐτοῖς ἔξεστι χρῆσθαι· ἂν δὲ ὀφθῶσιν, ἢ μέρει τῶν ἀδικημάτων τὸν κίνδυνον ἐξεπρίαντο, ἢ εἰς ἀγῶνα καταστάντες, τῇ αὐτῶν δυνάμει ἐσώθησαν. νῦν τοίνυν ὦ ἄνδρες δικασταὶ, παράδειγμα ποιήσετε τοῖς ἄλλοις, δικαίους εἶναι, παρὰ τούτων δίκην λαβόντες. ἥκουσι δὲ πάντες οἱ τὰ τῆς πόλεως πράττοντες, οὐχ ἡμῶν ἀκροασόμενοι, ἀλλ' ὑμᾶς εἰσόμενοι ἥντινα γνώμην περὶ τῶν ἀδικούντων ἕξετε. ὥστ' εἰ μὲν ἀποψηφιεῖσθε τούτων, οὐδὲν δεινὸν δόξει αὐτοῖς εἶναι ὑμᾶς ἐξαπατήσαντας ἐκ τῶν ὑμετέρων ὠφελεῖσθαι· ἐὰν δὲ καταψηφισάμενοι θανάτου τιμήσητε, τῇ αὐτῇ ψήφῳ τούς τε ἄλλους

In celebribus & potẽtibus exempla ſtatuenda.

iniuria vobis inferenda deterrebitis, non quando dicendi imperitos, ſed peritos multabitis. Tunc enim omnes, vt vos iniuria afficiant, moliri deſiſtent: Nunc autem intrepidi & tuti veſtra furantur. Nam ſi res celetur, ſine vlla formidine veſtris frui licet; ſin deprehendantur; aut parte eorum, quæ iniquè compararunt, periculo ſe liberant; aut, ſi in ius vocantur, potentia ſua ſe ſeruant. Nunc igitur, Iudices, ſumta ab his pœna exemplum ſtatuite aliis, vt iuſti ſint. Veniunt autem huc omnes, qui Reipublicæ negotia tractant, non vt nos audiant, ſed vt animaduertant, quænam futura ſit veſtra de reis ſententia. Itaque, ſi hos abſolueritis, nihil exiſtimabunt negotii; vobis deceptis, ex iis, quæ veſtra ſunt, ſua augere commoda: ſin condemnatos morte mulctaueritis, & alios

modestiores quàm nunc sunt, efficietis, & hos iusto supplicio afficietis.

III. *Vult ipsos statim mulctari, nõ exspectata Iudicum sententia.*

Arbitror autem, Athenienses, etiamsi Iudices in sententiam non mittatis, aut excusationem audire recusetis, sed condemnatos extremo supplicio mulctetis: non censendum tamen esse, ipsos indicta caussa periisse, sed debitas pœnas luisse.

Qui dicantur indicta caussa perisse.

Nõ enim hi putandi sunt indicta caussa perire, de quorum flagitiis iam vobis cognitis decernitis: sed qui iniquis inimicorum criminationibus, de quibus vobis non constat, circumuenti in Iudicio non audiuntur. Hos enim res ipsa clamãdo accusat, nos autem testimonium dicimus. Neque verò id timeo, ne ipsos auditos dimittatis; sed meritas ipsos pœnas pependisse non puto, si auditos ipsos condemnetis. Quid enim, Iudices, qua in re istis vobiscum conuenit? Hi in bello ex

κοσμιωτέρους ποιήσετε ἢ νῦν εἰσι, καὶ παρὰ τούτων δίκην εἰληφότες ἔσεσθε. ἡγοῦμαι δ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐδ' εἰ μὴ παραδόντες αὐτοὺς εἰς κρίσιν, ἢ ἀπολογουμένων μὴ ἐθελήσαντες ἀκοῦσαι, καταψηφισάμενοι, τῶν ἐσχάτων τιμήσαιτε, οὐκ ἂν ἀκρίτους αὐτοὺς ἀπολωλέναι, ἀλλὰ τὴν προσήκουσαν δίκην δεδωκέναι. οὐ γὰρ οὗτοι ἄκριτοί εἰσι περὶ ὧν ἂν ὑμεῖς εἰδότες τὰ πραχθέντα ψηφίσησθε, ἀλλ' εἴ τινες ἂν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν διαβληθέντες περὶ ὧν ὑμεῖς μὴ ἴστε, ἀκροάσεως μὴ τύχωσι. τούτων δὲ τὰ μὲν πράγματα κατηγορεῖ, ἡμεῖς δὲ καταμαρτυροῦμεν. καὶ οὐ τοῦτο δέδοικα, ὡς ἐὰν ἀκροᾶσθε αὐτῶν, ἀποψηφιεῖσθε· ἀλλ' οὐκ ἂν ἡγοῦμαι αὐτοὺς δίκην ἀξίαν δεδωκέναι, εἰ ἀκροασάμενοι αὐτῶν καταψηφίσαισθε. πῶς γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οἷς οὐδὲ ταῦτα καὶ ὑμῖν συμφέρει; οὗτοι μὲν γὰρ ἐν τῷ πολέμῳ, ἐκ

πενήτων

πενήτων πλούσιοι γεγόνασιν ἐκ τῶν ὑμετέρων· ὑμεῖς δὲ, διὰ τούτους πένητες. καίτοι οὐ ταῦτα ἀγαθῶν δημαγωγῶν ἐστι, τὰ ὑμέτερα ἐν ταῖς ὑμετέραις συμφοραῖς λαμβάνειν, ἀλλὰ τὰ ἑαυτῶν ὑμῖν διδόναι. καὶ γάρτοι εἰς τοσοῦτον ἥκομεν, ὥσθ' οἱ πρότερον ἐν τῇ εἰρήνῃ οὐδὲ σφᾶς αὐτοὺς ἐδύναντο τρέφειν, νῦν ὑμῖν εἰσφορὰν εἰσφέρουσι, καὶ χορηγοῦσι, καὶ οἰκίας μεγάλας οἰκοῦσι. καίτοι ἑτέροις ὑμῶν ἐστιν ὅτε τὰ πατρῷα κεκτημένοις ταῦτα ποιοῦσιν ἐφθονεῖτε, νῦν δ' οὕτως ἡ πόλις διάκειται, ὥστε οὐκέτι ὧν οὗτοι κλέπτουσιν ὀργίζεσθε, ἀλλ' ὧν αὐτοὶ λαμβάνετε χάριν ἴστε, ὥσπερ ὑμεῖς τὰ τούτων μισθοφοροῦντες, ἀλλ' οὐ τούτων τὰ ὑμέτερα κλεπτόντων. τὸ δὲ πάντων ὑπερφυέστατον, ὅτι ἐν μὲν τοῖς ἰδίοις ἀδικούμενοι δακρύουσι καὶ ἐλεεινοί εἰσιν, ἐν δὲ τοῖς δημοσίοις, οἱ μὲν ἀδι-

pauperibus facti sunt diuites; eis, quæ vestra sunt, vobis subtractis; vos verò, ꝓpter hos, pauperes. Atqui hæc non sunt proborũ populi præfectorũ opera, in aduersitatibus vestris vobis surripere vestra; sed sua potius vobis largiri. Eò n. res rediit, vt qui nuper in pace ipsi se alere nõ poterant, nunc tributa pendãt, & voluntarias cõtributiones soluant, & magnificas domos exstruant: quãquam aliis, atq; adeo nonnullis vestri ordinis, ex paterna hęreditate hæc facientib. interdũ inuideatur. Nũc autem ea Reip. conditio est, vt ob ea, quæ furto vobis ab his surripiuntur, nõ indignemini; sed, propter ea quæ accipitis, gratias agatis; quasi vos horum negotia mercede cõducti curaretis, non autem, quasi hi vestra furarentur. Atque id maximè est admirandum, cùm in rebus priuatis, qui iniuria afficiuntur, plorẽt, ac miserabiles appareant; quod in publicis, qui iniuriã in-

Mouet ipsis inuidiã ab opibus, quas sibi compararerant.

Prapostera rerum conditio.

ferunt, miserabiles videri velint; & vos, qui iniuria affecti estis, eorum misereamini.

IV.

Nullorum precibus hos esse condonandos.

Nunc autem ea fortasse faciẽt, quæ & antea fieri consueuerunt, vt tribules & amici flentes sibi eos petant largiri. Ego autẽ æquum censeo, vt, si nihil hos deliquisse existiment, iis in quibus accusantur refutatis, vobis, vt absoluatis, persuadeant: sin autem peccasse quidẽ ipsos fateantur, sed suis precibus condonari postulẽt; liquet ipsos magis esse addictos iniuriam facientibus, q̃ accipientibus: Atq; adeo ne gratia quidem dignos, sed pœna potius, quantã vestra æquitas statuere poterit.

A suo exemplo hortatur Iudices.

Adhæc, id mihi credatis velim, eosdem venisse, vt exorarẽt accusatores, existimantes longè facilius hanc gratiã à nobis paucis se obtenturos, quàm à vobis: & alios potius in rebus vestris, ipsis gratificaturos, q̃ vosmetipsos. Nos a. vestræ caussæ proditores esse noluim⁹, sperauimusq; idẽ de vobis,

κλῶντες, ἐλεεινοὶ, ὑμεῖς δ' οἱ ἀδικούμενοι, ἐλεεῖτε. καὶ νῦν ἴσως ποιήσουσιν ἅπερ καὶ πρότερον ἦσαν εἰθισμένοι, καὶ δημόται καὶ φίλοι, κλαίοντες ἐξαιτεῖσθαι αὐτοὺς παρ' ὑμῶν. ἐγὼ δ' οὕτως ἀξιῶ γενέσθαι· εἰ μὲν ἀδικεῖν τούτους μηδὲν νομίζουσιν, ἀποδείξαντες ὡς ψευδῆ τὰ κατηγορημένα, οὕτω πείθειν ὑμᾶς ἀποψηφίσασθαι· εἰ δὲ νομίζοντες ἀδικεῖν αἰτήσονται, δῆλον ὅτι τοῖς ἀδικοῦσιν εὐνούστεροί εἰσιν ἢ ὑμῖν τοῖς ἀδικουμένοις ἴσως τε οὐ χάριτος ἄξιοι τυχεῖν, ἀλλὰ τιμωρίας, ὁπόταν ὑμεῖς δύνησθε. ἔτι δὲ τοὺς αὐτοὺς ἡγεῖσθαι χρὴ καὶ τῶν κατηγόρων σφόδρα δεήσεσθαι, νομίζοντας πολὺ ἂν θᾶττον παρ' ἡμῶν ὀλίγων ὄντων ταύτην τὴν χάριν λαμβάνειν ἢ παρ' ὑμῶν· ἔτι δὲ, ῥᾷον ἄλλους τινὰς τὰ ὑμέτερα καταχαρίζεσθαι, ἢ ὑμᾶς αὐτούς γε. ἡμεῖς μὲν τοίνυν οὐκ ἠθελήσαμεν προδοῦναι, ἀξιοῦμεν δὲ μηδ' ὑμᾶς ἐθελ-

ἐνθυμουμένους ὅτι σφόδρ' ἂν ἡμῖν ὠργίζεσθε, καὶ ἐτιμωρεῖσθε ὅπου παρεπίπτομεν, ὡς εἰκὸς, τοὺς ἀδικοῦντας, *εἰ ὑμεῖς παρὰ τούτων ἢ χρήματα λαβόντες ἢ ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ διηλλαγμένοι. καίτοι εἰ τοῖς μὴ δικαίως ἐπεξιοῦσιν ὀργίζεσθε, ἦπου σφόδρα χρὴ αὐτοὺς τοὺς ἀδικοῦντας τιμωρεῖσθαι. νῦν τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, καταψηφισάμενοι Ἐπικράτους, τῶν ἐσχάτων τιμήσατε· καὶ μὴ, ὥσπερ ἐν τῷ τέως χρόνῳ εἰθισμένοι ἐστὲ, ἐπειδὰν καταψηφισάμενοι ἐξελέγξητε τοὺς ἀδικοῦντας, ἐν τῷ τιμήματι ἀζημίους ἀφίετε, ἔχθραν, οὐ δίκην, παρὰ τῶν ἀδικούντων λαμβάνοντες· ὥσπερ τοῦ ὀνείδους, ἀλλ' οὐ τῆς ζημίας αὐτοῖς μέλον· εὖ εἰδότες ὅτι ἐν μὲν τῇ ψήφῳ οὐδὲν ἄλλο ποιεῖτε ἢ ὀνειδίζετε τοῖς ἀδικοῦσιν, ἐν δὲ τῷ τιμήματι τιμωρεῖσθε τοὺς ἐξαμαρτάνοντας.

cogitantes quod grauiter nobis indignaremini, atque adeo graues pœnas de nobis ſumeretis, ſi, dũ iniquos (vt æquum eſt) oppugnamus; vel pecunia ab his accepta, vel alia ratione, in gratiam *cum ipſis redeamus. Quapropter ſi eis indignamini qui in accuſando minus ſunt fideles, quanto magis eos punire oportet, qui iniuriam faciendo, aliis ſunt graues? Nunc ergo agite, Iudices, & Epicratem condemnatũ extremo ſupplicio afficite; neq; (vt hactenus cõſueuiſtis) vbi ſententia prolata ipſos iniquos declaraueritis, impunitos dimittite; quo poſtea aut odium, aut litium calumnias ab ipſis exſpectetis: [neq; ita agite] quaſi contumeliam hi, & non pœnam curent. Scire enim oportet, quod in ſententia ferenda nihil aliud quàm contumelia afficitis iniquos, in multâ vero irroganda punitis delinquentes.

* *Comparatio à minori ad maius.*

V.



LYSIÆ CONTRA ERGOclem Epilogus XXVII.

ΛΥΣΙΟΥ ΚΑΤᾺ ἘΡΓΟκλέους ἐπίλογος.

Interprete IODOCO VANDERHEIDIO.

ARGVMENTVM ET NOTÆ.

Proditionis Halicarnassi, & iniuriarum in socios accusatur Ergocles cum suis; & præterea peculatus. Pecuniam enim, quam nauibus instruendis & reficiendis impendere debuerant, sibi reseruasse, ideoque plerasq; naues periisse, alias ad nauigandũ inidoneas esse. Seditiosam Ergoclis ad Thrasybulum orationem non debere esse impunẽ: Hisce vitiis obnoxios etiam pessima quæque esse ausuros, vt & patriam prodant, & Democratiam euertant. Quamuis hãc Orationem valde mutilam esse, & maximam partem desiderari, negare non possum, plus tamen aliquanto continet, quàm Epilogi ratio postulat. Nam & Narrationes, & Confirmationes *habet, quæ in Epilogis adhiberi non solent. Sed sit hic suum cuique iudicium. Ego inscriptionem pristinam seruaui.*

1. *Cùm hasce vetustissimi auctoris reliquias transfero, non rarò in mentem venit illud Hebræi sapientis,* Nihil esse sub Sole nouum, sed quod recens putatur iam præcessisse, & spectatum esse sæculis illis, quæ fuerunt ante nos. *Varias hoc intestino malo accepimus iniurias, varias pertulimus rapinas, (vt grauiora taceam) etiam eorum, qui nos tueri debebant: Non paucas cognouimus ciuitatũ proditiones. Nihil, vt animaduerto, vidimus noui:*

Eccles. 1. v. 10.

Sæpius

Sæpius hæc alii videre prioribus annis,

Publica in priuatum suum commodum multi verterunt: Nihil noui. Quis Magistratu aliquo fungens idem non facit? Quod exemplo fit, iure fieri putant. In his ergo Mundus semper fuit Mundus, vel potius immundus. Semper inuenti sunt, qui proniores ad vitia fuerunt & flagitia, quàm ad probitatem, Iustitiam, Modestiam, & cæteras virtutes. Sed & hactenus semper fuerunt, qui rebus degenerantibus, & in peius ruentibus se opposuerunt; qui pœnas flagitiosis irrogandas curauerunt; vt hic Lysiam, & Athenienses fecisse animaduertimus. Nunc autem ad grauissima, frequentissimaque crimina pene omnes videntur conniuere: quasi in maxima delinquentium licentia, nefas sit punire. Adeo vt nostrum sæculum mendacii videatur arguere Sapientis sententiam, & aliquid noui nobis ostendere; nimirum in maxima flagitiorum turba impunitatem tantam, quantam nemo vnquam vidit. *Quare quod poeta agricolis terræ imperantibus in seminum ratione obseruandum tradit, id & Principibus in Præfectorum, militumq́; coertione imitandum censeo; atque eiusdem carminibus nonnihil immutatis vt dicam, mihi permittendum:* *Virg. Georg. lib. 1.*

Electos vidi, & permagna laude celebres
Degenerare tamen; ni lex, & pœna coercens
Crimina quæq; metu reprimat. Sic omnia cernas
In peius ruere, & retro sublapsa referri.
Sicut remigiis aduerso flumine lembum
Qui subigit; lentus si brachia fortè remittat,
In præceps illum prono rapit alueus amne.

2. *Hic est* Thrasybulus *ille, ni fallor, cuius laudes apud omnes scriptores decantatæ: cui tantum tribuitur, vt nemo credatur illi fide, constantia, magnitudine animi, & amore in patriam præferendus, qui exsules Athenienses in patriam reduxit. Quid dicemus? tantumne virum tandem adeo degenerasse? an (quod verisimilius est) ad eos-*

dem scopulos hunc impegisse, ad quos Solon, Miltiades, Aristides, Themistocles, aliiq́; plures olim naufragium fecerant? Inuidiam intelligo, & Ingratitudinem, quæ duæ sunt maximæ omnium virtutum pestes, quæ alienam laudem tum arrodunt, tum tabe conficiunt. Et quid mirum hoc in aliis?

Horat. libr. II. ep. I. ver. 10.

——— diram qui contudit hydram
Notaq; fatali portenta labore subegit,
Comperit Inuidiam supremo fine domari:
Vrit enim fulgore suo qui prægrauat artes
Infra se positas; exstinctus amabitur idem.

Atque Thrasybulo huic optimè de patria meritò idipsum accidit, quod postea Africano iuniori virtutibus clarissimo apud Romanos euenisse legimus; vt nimirum, noctu in lectulo occideretur, & cædis auctor ignoraretur.

Equidem nequaquam mihi persuadere possum, Lysiam *nostrum tanto viro parum æquum fuisse; sed vt Ergocli plus odii conflaret, quod talem virum à Republ. alienare conatus sit, in hanc de Thrasybulo mentionem incidisse. Sed & mortuos liberius licet maledictis incessere: quanquam id non sit proborum. Amicus Lysias, amicus Thrasybulus, quod vterque fuerit amantissimus patriæ, & legum patriarum; Veritas, quæ debebat esse amicissima, in hac caussa nobis est incognita.*

1. IN quibus hic reus accusatur multa sunt, Athenienses, atq; adeò grauia, vt nequeat Ergocles, mea quidẽ sententia, ne si sæpius quidem pro vno delicto mortem oppetat, meritas vestro populo dare pœnas. Siquidem & ciuitates ipsum

ΤᾺ μὲν κατηγορημένα οὕτως ἐστὶ πολλὰ καὶ δεινά, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὥστε οὐκ ἄν μοι δοκεῖ δύνασθαι Ἐργοκλῆς, ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστου τῶν πεπραγμένων αὐτῷ, πολλάκις ἀποθανὼν δοῦναι δίκην ἀξίαν τῷ ὑμετέρῳ πλήθει. καὶ γὰρ πόλεις προ-

